In nomie dñi nostri ihesu christi Incipit missale scdm cõsuetudinem fratrũ ordinis Cistercien'sis. Dominica prima in aduentu dñi introitus

AD te leuaui animam meã deus meus in te confido non erubescã neq; irrideãt me inimici mei·eteni uniuersi qui te expectãt nõ cõfundent'. ℣. Uias tuas dñe notas fac mihi·et semitas tuas edoce me Hic nõ dicit' glia in excelsis neq; p totũ aduentũ. Collect. Excita dñe qñs potentiã tuã et ve in: vt ab iminẽtib⁹ peccato⁹ nostro⁹ piculis·te mereamur protegente eripi'. te liberante saluari Qui vi. Ad romanos

Fratres: Scientes quia hora ẽ iam nos de somno surgere. Nũc enĩ ꝓpior est nr̃a salus q̃ cu⁹ credidimus. Nox p̃cessit: dies aũt appropinquauit. Abiciamus ergo opa tenebra⁹·t induamur arma lucis: sicut in die honeste ambulem⁹. Nõ in comessati⁹ onib⁹ t ebrietatibus' non in cubilib⁹ t impudicicijs: nõ in cõtentiõe et emulatiõe. Sed induimini: dñm ihesũ christũ Gz. Uniuersi qui te expectãt nõ cõfundent' dñe. ℣. Uias tuas domine notas fac mihi t semitas tuas edoce me. Alla. ℣. Ostende nobis dñe misericordiã tuã t salutare tuum da nobis. Jniciũ sancti euangelij: scdm marcum.

JNiciũ euãgelij ihesu christi filij dei: sicut scriptũ est in ysaia ꝓpheta. Ecce mitto angelũ meũ ante faciẽ tuã: qui prepabit viã tuã ante te Uox clamãtis in deserto. pate viam dñi: rectas facite semitas ei⁹. Fuit iohannes in deserto baptizans. et predicãs baptismũ penitẽtie. in remissionem peccato⁹. Et egrediebat' ad illum oñis iudee regio et ierosolimite vniuersi: et baptisabant' ab illo in iordane flumine: cõfitentes peccata sua. Et erat iohannes vestitus pilis cameli. et zona pellicea circa lumbos eius: et locustas t mel siluestre edebat Et predicabat dicẽs. Uenit fortio⁹ me post me: cuius non sum dign⁹ procũbẽs soluere corrigã calciamẽto⁹ eius. Ego baptizo vos aqua: ille vero baptizabit vos spiritusancto. Offer

Ad te dñe leuaui ánimã meã de
us me⁹ in te cõfido nõ erubescam
neq; irrideãt me inimici mei ete
nim uniuersi qui te expectãc non
HEc Secreta cõfundẽt.
Hsacra nos dñe potẽti vir
tute mũdatos.ad suuz faciãt
puriores venire principiũ.℣
Cõmu.Dñs dabit benignitatẽ
et tra nostra dabit fructũ suũ.℣⁹
ASuscipiamus dñe cõmu
miscdiam tuã in medio
tẽpli tui⁹:et repatõis nre ven
tura sollẽnia cõgruis honori
bus pcedam⁹. p. Dñica scda
DOpn Gratõ ad ierlm:
lus syon ecce dñs ueniet
ad saluãdas gẽtes ⁊ auditã faciet
dñs gl'am uocis sue in leticia cor
dis uestri.ps. Qui regis isrl' intẽ
de qui deducis uelut ouẽ ioseph
Excita dñe corda Colla.
Nra ad ppparãdas vnige
niti tui vias⁹: vt p ei⁹ aduẽtũ
purificatis tibi mẽtibz seruire
re mereamur.Qui tecũ. Ad
FRatres: Romanos:
Quecũq; scripta sunt.
ad nram doctrinã scripta sũt:
vt p patiẽtiã ⁊ ꝯsolationem
scripturaz spem habeamus.
Deus aũt patientie ⁊ solacij
det vobis idipsũ sapere in al
terutruz scdm iesum xpm: vt
vnanimes vno ore honorifi
cetis deũ ⁊ patrẽ dñi nri iesu
xpi.℣ propt qd suscipite inui
cem: sic ⁊ xps suscepit vos in
honorẽ dei. Dico enim xpm ie
sum ministrũ fuisse circũcisio
nis ppter veritatẽ dei :ad con
firmãdas pmissiones patrũ.
Gentes aũt sup misdia ho
norare deũ:sic scriptũ ẽ .℣ pro
pterea cõfitebor tibi in gẽtib
dñe:et noi tuo cãtabo.Et ite
rum dicit.Letamĩ gẽtes: cuz
plebe eius.Et iterũ.Laudate
oñs gẽtes dñm: et magnifi
cate eũ oñs ppli. Et rursum
ysaias ait.Erit radix iesse :et
qui erurget regere gentes·in
eo gẽtes spabũt.Deus autez
spei repleat vos omni gau
dio ⁊ pace in credẽdo: vt ab
undetis in spe: et virtute spi
rit⁹ sancti. Graduale. Ex sion
species decoris eius deus mani
feste veniet.℣. Cõgregate illi san
ctos eius qui ordinauerũt testa
mentũ ei⁹ super sacrificia .Alla.
℣. Letat⁹ sũ in his que dicta sũt
mihi i domũ dñi ibim⁹ .Scdm
IN illo tpe: Dixit Lucam
Iesus discipulis suis. Erũt
signa in sole ⁊ luna et stellis.

et in terris pressura gentium
pre cõfusione sonitus maris
et fluctuũ: arescentibꝫ hominibus p timore et expectatõe
que supueniẽt vniuerso orbi
Nam virtutes celoꝝ mouebunt. Et tũc videbũt filium
hominis venientẽ in nubibꝫ
cũ potestate magna. et maiestate. His aũt fieri incipiẽtibus: respicite ⁊ leuate capita
vestra. quoniã appropinquat
redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam: et omnes arbores.
Cuꝝ pducũt iam ex se fructũ
scitis qm̃ ppe est estas. Ita et
vos cũ videritis hec fieri: scite qm̃ ppe est regnum dei.
Amen dico vobis: quia nõ
pteribit generatio hec donec
omnia fiant. Celum et terra
transibunt: verba autez mea
non transibũt. Off. Deus tu
conuertẽs uiuificabis nos ⁊ plebs
tua letabit in te ostẽde nobis domine misericordiam tuam ⁊ salutare tuum da nobis. Secreta.
Placate qs dñe humilitatis nre pcibꝫ ⁊ hostijs
et vbi nulla suppetũt suffragia meritoꝝ. tuis nobis succurre psidijs. P. Cõ. Jerlm
surge et sta in excelso et uide iocũditatẽ que veniet tibi a deo tuo.
Repleti cibo Post cõ.
spiritalꝫ alimonie supplices te dñe depcamur: vt huius participatiõe mysterij doceas nos terrena despicere: ⁊ amare celestia. P. Dñica tertia.
Statio ad sanctum petrum.
Gaudete in dño semper iterum dico gaudete modestia
vestra nota sit oñibꝫ hominibus
dñs prope ẽ nihil sollicite sitis sed
in oñi oratõe petitões vestre in
notescãt apud dñm. ps. Et pax dei
que exuperat oñem sensũ custodiat corda vestra ⁊ itelligẽtias ve-
Aurem tuã Colla. stras.
Aqs dñe precibus nris accommoda: et mentis nre tenebras. gra tue visitatõis illustra. P. Ad Corinthios.
Fratres: Sic nos existimet homo vt mĩstros
xpi: et dispẽsatores mysteriorum dei. Hic iam queritꝫ inter
dispẽsatores: vt fidelis quis
inueniat. Mihi autem pro
minimo est. vt a vobis iudicer aut ab humão die: sed neqꝫ meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed non in
hoc iustificatus suꝫ. Qui aũt

iudicat me: dñs est. Itaq; nolite ante tps iudicare: quoadusq; veniat dñs qui & illuminabit abscõdita tenebrarũ. & manifestabit consilia cordium Et tunc laus erit: vnicuiq; a deo. Graduale. Qui sedes dñe super cherubin excita potẽtiã tuã et veni. ℣. Qui regis isrl intẽde qui deducis velut ouem ioseph. Allia. ℣. Excita dñe potẽtiaz tuã et veni ut saluos facias nos. Secundũ matheũ In illo tpe: Cum audisset iohãnes in vinclis opa xpi: mittẽs duos de discipulis suis. ait illi. Tu es qui venturus es. an aliũ expectam⁹? Et respõdens ihesus ait illis. Euntes renũciate iohãni: que audistis & vidistis Ceci vidẽt: claudi ambulãt: leprosi mũdant. Surdi audiunt: mortui resurgũt: pauperes euãglizãt. Et beat⁹ est: q non fuerit scãdalizat⁹ in me. Illis aũt abeuntibꝰ: cepit ihesus dicere ad turbas de iohãne. Quid existis in desertũ videre? Harundinẽ vento agitataz? Sed quid existis videre? Hominẽ mollibꝰ vestitũ? Ecce qui mollibꝰ vestiunt: in domibꝰ regũ sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis: et plusq; pphetam. Hic enĩ est: de quo scriptũ est. Ecce mitto angelum meũ ante faciẽ tuã: qui pparabit viam tuã: ante te. Off. Benedixisti dñe terrã tuaz auertisti captiuitatẽ iacob remisisti iniquitatẽ plebis tue. Secre. Oblationis nostre tibi quesumus dñe hostia iugiter immoletur. que et sacri pagat instituta mysterij. et salutare tuũ nobis mirabiliter operetur. P. Cõmunio: Dicite pusillanimes confortamini et nolite timere ecce deus noster veniet et saluabit nos. Post Imploramus cõmunio. Domine clementiam tuam vt hec diuina subsidia a vicijs expiatos: ad festa vẽtura nos preparent. P dominum. Feria quarta Statio ad sanctam Mariam ad presepe: Rorate celi desuper et nubes pluant iustum aperiatur terra & germinet saluatorẽ. ps. Et iustitia oriat simul ego dominus creaui eum. Hic dicit dñs Oratio vobiscũ. Collecta. Oquesumus omnps deus vt redemptiõis nre ventura

sollemnitas.et ꝑsentis nobis vite subsidia cōferat:et eterne beatitudinis ꝑmia largiatur.℣. Lectio ysaie ꝓphete.

IN diebꝫ illis:Dixit ysaias ꝓpheta.Erit in nouissimis diebꝫ ꝑparat⁹ mons dom⁹ dñi in vertice mōtiū:et eleuabit⁹ sup colles:et fluēt ad eū omnes gētes:et ibūt ꝓpli multi et dicēt.Uenite ascēdam⁹ ad montē dñi.et ad domū dei iacob:⁊ docebit nos vias suas et ambulabim⁹ ī semitis ei⁹:quia de syon exibit lex.et verbum dñi de ierlm. Et iudicabit gētes:et arguet ꝓplos mlt⁹ tos.Et ꝯflabūt gladios suos in vomeres:et lāceas suas ī falces.Non leuabit gens cōtra gentē gladiū:nec exercebunt⁹ vltra ad ꝓlium.Dom⁹ iacob:venite ⁊ ābulem⁹ in lumine dñi dei nr̄i.℟. Tollite portas ꝓncipes uestras ⁊ eleuamini porte eternales ⁊ introibit rex glē.℣. Quis ascēdet ī montē dñi aut quis stabit ī loco scō ei⁹ innocens manibꝫ ⁊ mūdo corde. Hic non repetat⁹ dñs vobiscum.

FEstina qs dñe ne trada ueris:⁊ auxiliū nobis supne virtutis impende:vt aduent⁹ tui consolatōibꝫ subleuētur:qui in tua pietate cōfidūt:Qui vivis.Lctō ysaie

IN diebꝫ illis:Locut⁹ est dñs ad acaz dicens ꝑete tibi signū a dño do tuo in ꝓfundū inferni:sive ī excelsum supra.Et dixit acaz.Nō petā:et non tēptabo dñm.Et dixit. Audite ḡ dom⁹ dauid. Numqd parū vobis est molestos esse hominibꝫ.qz molesti estis ⁊ deo meo:⁊ Propt̄ hoc dabit dñs ipe vobis signum Ecce virgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiū:⁊ vocabitis nom̄ ei⁹ emanuel:Butirꝫ ⁊ mel cōedet:vt sciat reprobare malūet eligere bonū. ℟. Prope ē dñs oīmibꝫ invocātibꝫ eū oīmibꝫ qui invocāt eū in veritate.℣. Laudē dñi loquet⁹ os meū ⁊ bñdicat omnis caro nom̄ scm̄ eius. Scōm

IN illo tpe:Missus Lucam. sus est angls gabriel a deo in civitatē galilee cui nomen nazareth.ad vginē desponsatā viro cui nom̄ erat ioseph. de domo dauid:et nomē virginis maria.Et ingressus angelus ad eam:dixit.Ave gratia plena:dominus tecū.Benedicta tu in mlieribꝫ. Que

cũm audisset turbata est i ser
mone ei⁹: et cogitabat qualis
esset ista salutatõ. Et ait an/
gel⁹ ei. Ne timeas maria: in/
uenisti ei gr̃az apud deũ. Ec
ce cõcipies in vtero ⁊ paries
filiũ: et vocabis nomen ei⁹ ie
sum. Hic erit magn⁹: et fili⁹
altissimi vocabit. Et dabit il
li dñs deus sedẽ dauid patris
eius: et regnabit in domo ia/
cob ineternum. et regni ei⁹ non
erit finis. Dixit aũt maria ad
anglm. Quomodo fiet istud
qm̃ virũ nõ cognosco: Et re
spõdens angls: dixit ei. Sps
scs supueniet in te: et virtus
altissimi obũbrabit tibi. Jdo
q̃ et qd̃ nascet ex te scm̃: vo/
cabit filius dei. Et ecce elisa/
beth cognata tua: et ipsa con
cepit filiũ i senectute sua. Et
hic mẽsis est sext⁹ illi q̃ vocat
sterilis: quia nõ erit ipossibi/
le apud deũ oñe verbũ. Dix/
it aũt maria. Ecce ãcilla dñi.
Fiat mihi scdm verbum tuũ

Off. Aue maria gratia plena do
min⁹ tecũ bñdicta tu i mulieribꝫ
et bñdict⁹ fruct⁹ uẽtris tui. Secr̃

Accepta tibi sint dñe q̃s
nr̃a ieiunia. q̃ et expian
do nos tua gr̃a dignos effici
ant. et ad sempiterna ꝓmissa
ꝓducãt. P. Cõmu. Ecce virgo
cõcipiet ⁊ pariet filiũ ⁊ uocabitur
nom̃ ei⁹ emanuel: Post cõmu

Salutaris tui dñe mune
re satiati. supplices dep̃
camur: vt cui⁹ letamur gustu
renouemur effectu. P. Feria

Dirope es sexta ad aplos
tu dñe ⁊ omnes uie tue ue
ritas initio cognoui de testimoniis
tuis quia in eteruũ tu es. ps. Be
ati imaculati in via qui ambulãt

Excita q̃s Colla. in lege dñi
domine potentiam tuaz
et veni: vt hi qui in tua pieta
te confidunt ab omni citius
aduersitate liberentur. Qui
vivis: Lectio ysaie ꝓphete.

Hec dicit dominus deus
Egredietur virga de ra
dice iesse: et flos de radice ei⁹
ascendet. Et requiescet super
eum spiritus domini: spirit⁹
sapentie ⁊ intellectus. spirit⁹
consilij ⁊ fortitudinis. spirit⁹
scientie ⁊ pietatis. et replebit
eum spiritus timoris domini
Non secunduz visionẽ ocu/
lorum iudicabit: neq̃ secun/
dum auditum auriũ arguet:
sed iudicabit in iusticia pau/
peres. et arguet in equitate p

mãsuetis terre. Et pcutiet ter
rã virga oris sui: ⁊ spũ labio
rũ suoꝝ interficiet impiũ. Et
erit iustitia cĩgulũ lũborũ eiꝰ:
et fides cinctoriũ renũ eius.
℟. Ostende nobis dñe miseri
cordiã tuã ⁊ salutare tuũ da nobis
℣. Benedixisti dñe terrã tuã auer
tisti captiuitatẽ iacob. ℟e. lucã.
In illo tpe: Exurgens ma
ria: abiit in montana cum
festinatiõe ĩ ciuitatẽ iuda. Et
intrauit in domũ zacharie: ⁊
salutauit elizabeth. Et factũ
est vt audiuit salutatiõez ma
rie elizabeth: exultauit infãs
in vtero eius. Et repleta est
spũsctõ elizabeth: et exclama
uit voce magna ⁊ dixit. Be
nedicta tu inter mlieres: ⁊ be
nedictus fructꝰ vẽtris tui. Et
vnde hoc mihi. vt veniat ma
ter dñi mei ad meꝫ Ecce enĩ
vt facta ẽ vox salutatõis tue
in auribꝫ meis: exultauit ĩ gau
dio infans in vtero meo. Et
beata q̃ credidisti: qm̃ pficiẽt
ea q̃ dicta sunt tibi a dño. Et
ait maria. Magnificat ani
ma mea dño. Et exultauit spi
ritꝰ meꝰ: in deo salutari meo.
Off. Deꝰ tu cõuertens uiuifica
bis nos et plebs tua letabit in te
ostende nobis dñe misericordiã
tuã ⁊ salutare tuũ da nobis. Sec
Muneribꝫ nris qs dñe p
cibꝫ qꝫ suscepti. ⁊ ce
lestibꝫ nos mũda mysteriis. ⁊
clemẽter exaudi. ℣. Cõ. Ecce
dñs veniet ⁊ oẽs scti eꝰ cũ eo ⁊ erit
in die illa lux magna. Post cõ.
Tui nos dñe sacri libatõ
sctã restaurẽ: ⁊ a vetusta
te purgatos in mysterii salu
taris faciat trãsire ꝓsortiũ. ℣
Sabbato in .xii. lec. statio ad
Veni ⁊ ostende scm̃ petrũ
nobis faciẽ tuã dñe qui se
des super cherubin ⁊ salui erimꝰ
ps. Qui regis isrl intẽde qui de
ducis velut ouẽ ioseph. Nõ dici
tur dñs vobiscũ. vsqꝫ pꝰ ym
num. Benedictus es. Colla.
Deꝰ qui ꝓspicis q̃ ex nra
infirmitate affligimur: cõ
cede propitius. vt ex tua visitatõe
cõsolemur. ℣. i. Lectio ysaie
In diebꝫ illis. Cla
mabũt ad dñm a facie tri
bulãtis: ⁊ mittet eis saluato
rẽ: ppugnatorẽ qui liberꝫ eos
Et cognoscet dñs ab egypto
⁊ cognoscẽt egyptii dñm in die
illa: ⁊ colẽt eũ ĩ hostiis ⁊ mu
neribꝫ: ⁊ vota vouebũt dño
⁊ soluẽt. Et pcutiet dñs egy

ptū plaga ⁊ ſanabit eaz: ⁊ re/
uertēť ad dñm ⁊ placabiť eis
⁊ ſanabit eos dñs de⁹ nr̄. ℟. A ſūmo celo egreſſio ei⁹ ⁊ occurſ⁹
ei⁹ uſq; ad ſūmū ei⁹. ℣. Celi enar
rāt glām dei ⁊ opera manuū ei⁹ an
nūciat firmamētum. Collecta.

Oncede q̄s oīnps deus
vt q: ſub pctī iugo ex/
tuſta fuitute deprimimur: ex
pectata vnigeniti filij tui no/
ua natiuitate liberemur. P.

Hec II. Lec. yſaie ꝑphe.
dic dñs ds. Letabiť de/
ſerta et inuia: ⁊ exſultabit ſoli/
tudo ⁊: ⁊ florebit q̄ſi liliū. Ger
minās germīabit: et exſultabit
letabūda ⁊ laudās. Gla liba
ni data eſt ei: decor carmeli ⁊
ſaron. Ipi videť glaz dñi: ⁊
decorē dei nr̄i. Cōfortate ma/
nus diſſolutas: ⁊ genua debi
lia roborate. Dicite. Puſilla
nimes ꝛfortami: et nolite ti/
mere. Ecce de⁹ vr̄ vltiōez ad/
ducet retributōis: de⁹ ipe ve
niet ⁊ ſaluabit nos. Tūc apiē
tur ocli cecoz ⁊ aures ſurdoz
patebūt. Tūc ſaliet ſic ceruꝰ
claud⁹ ⁊: ⁊ apta erit līgua mu/
toz: q: ſciſſe ſūt ī deſto aque
⁊ torrentes ī ſolitudie: ⁊ que
erat arida in ſtagnū ⁊: ⁊ ſitiens
ī fontes aq̄z. Ait dñs oīnps:
℟. In ſole poſuit tabernaclm
ſuū ⁊ ipſe tāq; ſpōſus procedēſ de
thalamo ſuo. ℣. A ſūmo celo e/
greſſio eius ⁊ occurſus ei⁹ uſq; ad

Indignos Collī. ſūmū eius.

nos q̄s dñe famulos tuos
quos actiōis ꝓpe culpa cōtri/
ſtat: vnigēiti filij tui aduētu
letifica. p eū. III. Lec. yſaie p.

Hec dic dñs. Sup mōtē
excelſum aſcēde tu qui
euāgelizas ſyon: exalta in for/
titudie voce tuā qui euāgeli
zaſ ierlm. Exalta: noli timere
Dic ciuitatib⁹ iude. Ecce de⁹
vr̄. Ecce dñs de⁹ in fortitudie
veniet: ⁊ brachiū ei⁹ domina/
biť. Ecce merces ei⁹ cū eo: et
opus illi⁹ coꝝ ipo. Sic paſtor
gregē ſuū paſcet ⁊: in brachio
ſuo ꝯgregabit agnos: ⁊ in ſi/
nu ſuo leuabit eos dñs ds nr̄

℟. Dñe deus uirtutū cōuerte
nos ⁊ oſtende faciē tuā ⁊ ſalui eri/
mus. ℣. Excita dñe potētiā tuā ⁊
veni ut ſaluos facias nos. Collī.

Preſta q̄s oīnps de⁹: vt
filij tui vētura ſolēnitaſ
⁊ pntiſ nobis vite remedia cō
ferat: ⁊ pmia eterna ꝯcedat. P

Hec IIII. Lec. yſaie ꝑphe
dicit dñs chriſto meo ci

ro cū appḥēdi ṽterrā. vt ſub
iciā añ facie ei⁹ gentes: ⁊ ro
ſa regū ṽtā. Et apiā coꝝ eo
ianuas: ⁊ portę nō claudētur
Ego añ te ibo: ⁊ glorioſos ter
re humiliabo. Portas ereas
cōterā: ⁊ fectes ferreos cōfrī
gā. Et dabo tibi theſauroſ ab
ſcōditos. ⁊ archana ſecretorū
vt ſcias q; ego dñs qui voco
nomē tuū de⁹ iſrl. ꝓpter iacob
ſeruū meū. ⁊ iſrl electū meū.
Et vocaui te nomīe tuo: aſſi
mulaui te ⁊ nō cognouiſti me
Ego dñs ⁊ nō ē āpli⁹: ⁊ extra
me nō eſt de⁹. Accinxi te ⁊ nō
cognouiſti me. vt ſciāt hi qui
ab ortu ſolis ⁊ qui ab occidē-
te. qm̄ abſq; me nō ē de⁹ Ego
dñs ⁊ nō ē alter. Formās lucē
⁊ creās tenebras. faciēs pacē
⁊ creās malū. Ego dñs faciēſ
omia hec. Rorate celi deſup ⁊
nubes pluāt iuſtū apiat terra
⁊ germiet ſaluatorē: et iuſti-
cia oriat ſimł: ego dñs creaui
eum: Ex. Excita dñe potētiā tu
am ⁊ ueni ut ſaluoſ facias nos. ℣
Qui regis iſrl itēde qui deducis
uelut ouē ioſeph qui ſedes ſuper
cherubin appare coꝝ effraim bē
Re/Coll. iamī ⁊ manaſſe.
Oces ꝓpli tui q̄s dñe cle
mēter exaudi: vt q̄ iuſte ꝓ pec
catis nr̄is affligimur: pietatis
tue viſitatiōe cōſolemur. ℣.
In di- v. Lec. daniel ꝓphe.
ebus illis: Angelus dñi de
ſcēdit cū azaria ⁊ ſocijs ei⁹ in
fornacē: ⁊ excuſſit flāmaz ig-
nis ꝺ fornace: ⁊ fecē mediū for
nacis quaſi vētū roris flantē
Flāma āt diffuſa ē ſup forna
cē cubitis quadragītanouez
⁊ incēdit quos repperit iurta
fornacē de caldeis mīſtros re
gis qui eaz incēdebāt. Illos
aūt omīno nō tetigit ignis.
neq; contriſtauit: nec quicq;
moleſtie intulit. Tūc hi tres
q̄ſi ex vno ore ymnū dicebāt
⁊ magnificabāt dñz in forna
Bene ymnus ce dicētes.
Benedictus es dñe de⁹ patrū no
ſtrorū. Et laudabilis ⁊ glioſus in
ſecula ℣. Et bñdictū nom̄ glē tue
quod ē ſcm̄. Et laudabile ⁊ glori
oſū in ſecula. ℣. Bñdict⁹ es in tē
plo ſcō glie tue. Et laudabilis. ℣
Bñdict⁹ es ſuper thronū ſcm̄ re-
gni tui. Et laudabił. ℣. Bñdict⁹
es ſuper ſceptrū diuinitatis tue.
Et laudabilis. ℣. Bñdictus es
qui ambulas ſuper pennas uēto
rum. Et laudabił. ℣. Benedict⁹
es qui ſedes ſuper cherubin intu

eris abyssos Et la. ℣. Bñdicãt te oñs angeli ⁊ sci tui. Laudabile⁊ ⁊ gliosũ in scla. ℣. Bñdicãt te celi terra. mare. ⁊ oĩa que in eis sunt. Laudabilẽ. ℣. Glia patri ⁊ filio ⁊ spũisco. Laudabili ⁊ glioso i scla. ℣. Sicut erat i pncipio ⁊ nũc ⁊ sẽper ⁊ in scla sclorũ a. Et laus ⁊ honor ⁊ potestas et iperiũ. ℣. Bñdictus es. Hic dr dñs vobiscũ.

OEus qui tribu puColl. eris mitigasti flãmas igniũ: cõcede ꝓpitꝰ vt nos famulos tuos nõ eruat flãma vitioꝝ. ℗. Beqꝫ collecta. Oeus qui de btẽ marie nec vlla amplꝰ: nisi ꝑ pñti festo. aut ꝑ pñti defũcto. Ad thessaloni

ENses: Rogamus cẽses. vos ꝑ aduentũ dñi nri iesu chꝛisti. ⁊ nre ꝯgregatõis i ipm: vt nõ cito moueamini a vro sensu. neqꝫ terreami. neqꝫ ꝑ spũ. neqꝫ ꝑ sermonẽ. neqꝫ ꝑ epla tãqꝫ ꝑ nos missã. qsi instet dies dñi. Ne quis vos seducat vllo mõ: qm̃ nisi venerit discessio primũ ⁊ reuelatus fuerit hõ pccati. filꝰ pditiõis. qui aduersat̃ et extollit̃ supra oñe qd dicit̃ deus aut qd colit̃. ita vt i tẽplo dei sedeat. ostẽdẽs se tanqꝫ sit deꝰ. Nõ retinetis qd cũ adhuc essem apud vos. hec dicebã vobis: Et nũc quid detineat scitis: vt reuelet̃ in suo tpe. Nã misteriũ iã opat̃ iniqtatis: tãtũ vt qui tenet nunc teneat. donec d medio fiat. Et tũc reuelabit̃ ille iniquꝰ. quẽ dñs iesus inficiet spũ oris sui: ⁊ destruet illustratiõe aduẽtꝰ sui: Tractꝰ. Qui regis israel intẽde qui deducis uelut ouẽ ioseph. ℣. Qui sedes super cherubin appare coram effraim bẽiamin ⁊ manasse. ℣. Excita dñe potẽtiã tuã ⁊ veni ut saluos facias nos. Scdm

ANno quintodecilucam. mo impꝛij tyberij cesarꝛ ꝓcurãte põtio pilato iudeaz. tetrarcha aũt galilee herode philippo aũt frẽ eiꝰ tetrarcha ituree ⁊ trachonitidis regiõis ⁊ lisania abilie tetrarcha. sub pncipibꝫ sacdotũ anna ⁊ caypha: factũ ẽ verbũ dñi sup iohãnẽ zacharie filiũ in deserto. Et venit i omnez regiõez iordanis. pdicãs baptisimũ pnitẽtie in remissiõez peccatoꝝ: sic scriptũ ẽ in libro sermonũ ysaie pphete. Vox clamãtis in d serto: parate viaz dñi. rectas facite semitas eiꝰ. Oĩs vallis

implebiť: ⁊ oñis mõs ⁊ colľ humiliabiť. Et erũt prava in directa: ⁊ aspa in vias planas Et videbit oĩs caro: salutare dei. Off. Exulta satis filia sion predica filia ierlm. ecce rex tuus uenit tibi sanct⁹ ⁊ saluator. Sec.

SAcrificijs pñtibus dñe placat⁹ intẽde: vt ⁊ duo tõi nre pficiãt ⁊ saluti. P. cõ. Extauit ut gigas ad currẽdã uiã a summo celo egressio ei⁹ ⁊ occursus ei⁹ usq; ad sũmũ ei⁹. P cõ.

QUesum⁹ dñe de⁹ nr: vt sacrosca mysteria q̃ pro reparatõis nre munimĩe ꝓtulisti: ⁊ pñs nobis remediũ esse facias ⁊ futur. P dn. Dñica.

ME. IIII. ad scãz mariã mẽto nostri dñe i bñpla cito ppli tui uisita nos i salutari tuo ad uidẽdũ i bonitate electorũ tuorũ i letitia gẽtis tue ut laudes cũ hereditate tua. ps. Cõfitemi dño qm̃ bon⁹ qm̃ i sclm mia eius.

EXcita dñe potẽtiaz Coll. tuã ⁊ veni: ⁊ magna nobis virtute succurre: vt p auxiliũ gre tue qd̃ nra peccata p pediũt: indulgẽtia tue ꝓpitia tõis acceleret. Ad philip Fres Gaudete penses. in dño semp: itez dico gaudete Modestia vra nota sit oĩb hoĩb: dñs ꝓpe est. Nihil solliciti sitis: sed i oñi oratiõe ⁊ obsecratiõe cũ grarum actiõe. petitiões vestre innotescãt apud deuz. Et pax dei que exupat oñez sensum: custodiat corda vra ⁊ intelligẽtias vestras. In christo iesu: dño nostro Gr. Prope est dominus omnibus inuocãtibus eũ omnib qui inuocant eum in veritate. V. Laudem domini loquetur os meũ ⁊ benedicat omnis caro nomẽ sanctum eius. Alla. V. Veni domine ⁊ noli tardare relaxa facinora plebis tue. Secũdũ

IN illo tpe: Misse iohãnẽ rũt iudei ab ierosolimis sacerdotes ⁊ leuitas ad iohãnẽ vt interrogarẽt eũ tu quis es. Et ꝯfessus ẽ: ⁊ ñ negauit. Et ꝯfessus ẽ: q; nõ sũ ego christ⁹ Et interrogauerũt eũ. Quid g: Helias es tu. Et dixit. Nõ sũ Propheta es tu: Et rndit. nõ Dixerũt g ei. Quis es: Ut rndeam⁹ his q̃ miserũt nos: qd dicis de teipo: Ait. Ego vox clamãtis i deserto: dirigite viaz dñi sic dixit ysaias ꝓpheta Et qui missi fuerant: erãt ex phariseis. Et interrogauerũt euz: ⁊ dixerũt ei. Quid ergo baptizas si tu nõ es christus

neq̄ helyas neq̄ ꝓpheta: Respondit eis iohannes dicens Ego baptizo in aqua: medi⁹ autē vr̄m stetit quē vos nō scitis. Ipse ē qui post me venturꝰ ē. qui añ me factꝰ ē. cuiꝰ ego nō sū dignus vt soluā eiꝰ corrigiā calciamēti. Hec ī bethania facta sūt trans iordanē: vbi erat iohannes baptizans. Off. Cōfortami t iā nolite timere ecce eni deus nostet retribuēs iudiciū ipse ueniet t salua nos. Secre. Sacrificijs pn̄tibꝫ dñe placatus intēde: vt et deuotioni nr̄e pficiāt t saluti. P. cō. Ecce uirgo cōcipiet et pariet filiū et uocabitur nomen eius emanuel. Cumptis muneribꝫ dñe q̄s: vt cū frequētatiōe mysteriꝝ crescat nostre salutis effectꝰ. P. In vigilia natalis dñi. Statio ad scām mariā. Hodie scietis q̄ ueniet dñs et saluabit nos et mane uidebitis gl̄iam eius ps. Dñi ē terra t plenitudo eius orbis terrarū et uniuersi qui habitāt ī eo. Ad hāc missaz n̄ dr Deus gl̄a ī excelsis. Coll. q̄nos redēptōis nr̄e annua expectatōe letificas: pr̄a

vt vnigēitū tuū quē redēpto rē leti suscipim⁹ t veniētē quo q̄ iudicē securi videam⁹ dñz nr̄z iesū chr̄istū filiū tuū. Q. Hec dic̄ lec. ysaie. ꝓphe dñs. Propt̄ syō nō tacebo: t ꝓpt̄ ierlim n̄ quiescā: donec egrediat̄ vt splēdor iustus eius: t saluator eius vt lāpas accēdat̄. Et videbūt gētes iustuz tuū: t cūcti reges īclitū tuū. Et vocabit̄ tibi nom̄ nouū: qđ os dñi nominauit. Et eris corona gl̄ie ī manu dñi: t diadema regni ī manu dei tui Nō vocaberis vltra derelicta t tra tua n̄ vocabit̄ āplius desolata: sz vocaberis volūtas mea ī ea t tra tua inhabitabit̄ q̄ placuit dño ī te. ad roma. Rōes: Paulus seruus chr̄isti iesu vocatus aplus. segregatus ī euāgeliū dei: qđ añ pmiserat p ꝓphetas suos ī scripturis scīs de filio suo q̄ factꝰ ē ei ex semine dauid scd̄m carnē. Qui predestinatus est filius dei in virtute scd̄m spūz sanctificatōis ex resurrectiōe mortuoꝝ iesu chr̄isti dñi nr̄i. Per quē accepimus gr̄am et apostolatū ad obediēdū fidei in oīb gētib pro nomine eiꝰ

In quibꝫ eſtis ⁊ vos vocati: ieſu chriſti dñi nr̄i. Gz. Hodie ſcietis qꝛ veniet dñs ⁊ ſaluabit uos et mane uidebitis gl̄iam eius. ℣. Qui regis iſrl̄ intẽde qui deducis uelut ouẽ ioſeph qui ſedes ſuper cherubĩ appare coꝛã ef fr̄e beniamĩ ⁊ manaſſe. Hi in dominica euenerit. Alla. ℣. Veni dñe. Reqꝛe in p̄cedẽti folio

In illo tpe: Scõm math. Cũ eẽt deſpõſata mater ieſu maria ioſeph: ãteqꝫ ꝯueniꝛẽt: inuẽta ẽ in vtero hꝫs de ſpũſcõ. Joſeph ãt vir eius cũ eẽt iuſt⁹ et nollet eã traducere: voluit occ̃te dimittere eã Hec aũt eo cogitãte: ecce angelus dñi ĩ ſomnis apparuit ei dicens. Joſeph fili dauid: noli timere accipe mariã ꝯiugẽ tuã. Qd̃ enĩ in ea natũ eſt de ſpũſcõ eſt. Pariet ãt filiuꝫ ⁊ vocabis nomẽ ei⁹ ieſũ. Ipe enĩ ſaluũ faciet ppl̄z ſuũ: a pec catis eoꝝ. Credo ĩ vnũ: ſi dies dñica fuerit. Off. Tollite portaſ p̄cipes ueſtras ⁊ eleuamĩ porte eternales ⁊ introibit rex glie

Da nobis dñe qs Sec. Oõmps ds: vt ſic adoꝛãda filij tui natalicia p̃uenim⁹ ſic ei⁹ munera capiam⁹ ſẽpit: na gaudẽtes. Qui tecũ. Lõ. Reuelabit̃ gl̄ia dñi et uidebit oĩs caro ſalutare dei noſtri. Poſt cõ

Da nobis dñe qs vnigeniti filij tui recẽſita natiuitate reſpirare: cui⁹ celeſti myſterio paſcim⁹ ⁊ potam⁹. p eũ Miſſa ĩ nocte ad ſcã̄z mariã

Dñs dixit ad me fili⁹ me⁹ es tu ego hodie genui te. p̃s. Quare fremuerũt gẽtes ⁊ ppli me ditati ſũt inania. Gl̄a. Glia ĩ ex

Deus q hãc celſis. Coll. ſacratiſſimã noctẽ veri lumis feciſti illuſtratiõe clareſcere: da qs. vt cui⁹ lucis myſteria ĩ terra cognouim⁹: eiuſ quoqꝫ gaudijs in celo pfruamur. Qui. Lectõ yſaie ꝓphe.

Hec dic̃ dñs. ppls gẽtiũ qui ãbulabat ĩ tenebꝛis vidit lucẽ magnã. Habitãtibus ĩ regiõe vmbꝛe mortis: lux orta ẽ eis. Paruul⁹ enĩ natus ẽ nobis: fili⁹ dat⁹ ẽ nobis Et fact⁹ ẽ p̃cipat⁹ sup humerũ ei⁹: ⁊ vocabit̃ nomẽ ei⁹ admirabil̃ cõſiliari⁹: de⁹ fortis: pater futuri ſeculi: p̃ceps pacis. Multiplicabit̃ ei⁹ impiũ ⁊ pacis nõ erit finis. ſup ſoliũ dauid et ſuper regnum eius: vt confirmet illud et coꝛro

bꝛet ī iudicō ⁊ iusticia. Amo
do ⁊ vsqꝫ ī sempit̄nū. Ad tit̄ū
Carissime: Apparuit gr̄a
dei saluatoꝛis nr̄i oīb⁹
hoīb⁹ erudiens nos. vt abne
gātes impietatē ⁊ secl̄aria de
sideria. sobꝛie ⁊ iuste ⁊ pie vi
uam⁹ in hoc sc̄lo: exp̄ctātes
beatā spēm ⁊ aduēt̄ū glie ma
gni dei et saluatoꝛis nr̄i iesu
chꝛisti. Qui dedit semetip̄m
p nobis: vt nos redimeꝛet ab
oī iniquitate ⁊ mūdaret sibi
pl̄m acceptabilē sectatoꝛē bo
noꝝ opm. Hec loq̄re: ⁊ exhoꝛ
tare. In chꝛisto iesu dño nr̄o.
Gꝛ. Tecū p̄ncipiū in die uirtu
tis tue in splēdoꝛib⁹ sc̄oꝝ̄ ex ute
ro añ luciferū genui te. ℣. Dixit
dn̄s dño meo sede a dextris meis
donec ponā inimicos tuos scabellū
pedū tuoꝝ̄ Alla. ℣. Domin⁹
dixit ad me filius meus es tu e/
go hodie genui te. Bcōm lucā.
In illo tp̄e: Exiit edictū a
cesare augusto: vt describꝛe
ret̄ vniuersus oꝛbis. Hec dscri
ptio p̄ma facta ē: a p̄side syrie
cyrino. Et ibant oēs vt p̄fite
rent̄ singli ī suā ciuitatē Ascē
dit aūt ⁊ ioseph a galilea d̄ ci
uitate nazareth. in iudeā ciui
tatē dauid. q̄ vocat̄ bethleem
eo q̄d esset d̄ domo ⁊ familia
dauid: ut p̄fiteret̄ cū maria
despōsata sibi vxoꝛe p̄egnāte
Factū ē aūt cū eēnt ibi: imple/
ti sūt dies vt pareꝛet. Et p̄pe
rit filiū suū p̄imogenitū. Et
pānis eū inuoluit: et reclina/
uit eū in p̄sepio. q̄ nō erat ei
locus in diuersoꝛio. Et pasto
res erāt in regione eadē: vigi
lātes et custodiētes vigilias
noctis supꝛa gregē suū. Et ec
ce angl⁹ dn̄i stetit iuxta illos
⁊ claritas dei circūfulsit illos
Et timuerūt timoꝛe magno.
Et dixit illis āgelus. Nolite
timere. Ecce eī euāgelizo vo
bis gaudiū magnū q̄d erit oī
p̄l̄o: q̄ natꝰ ē vobis hodie sal
uatoꝛ. q̄ ē chꝛistꝰ dn̄s in ciuita
te dauid. Et hoc vobis signū
Inuenietis infātē pānis inuo
lutū: ⁊ positū in p̄sepio. Et su
bito facta ē cū angl⁹ mltitu/
do milicie celestis: laudāt̄iū
dn̄z ⁊ dicēt̄iū Glia in altissimis
deo. ⁊ in terra pax hoīb⁹: bone
volūtatis. Credo. off. Letēt̄ ce
li ⁊ exl̄tet tra añ faciē dn̄i q̄m̄ venit
Accepta t̄ sit dn̄e q̄s. Bec̄.
hodierne festiuitat̄ ob/
latio vt tua gr̄a largiēte p hec
sacrosc̄a cōmertia ī illi⁹ inuēia/

mur forma. in quo tecū ē nostra substātia Qui tecū viuit
Prefatio. Quia p incarnati
Quere ante canonez Infra actionem. Cōmunicantes et noctē sacra. Cō. In splendoribus scōrū et utero añ luciferū ge

OMnipotens deus qui nobis post cō. nui te. ōqs dñe ds noster: vt q̄ natiuitatē dñi nr̄i iesu christi nos frequētare gaudem⁹ digmis cōuersatōibꝫ ad ei⁹ merea mur ptinere ꝓsortiū. Qui te. In mane ad scam̄ anastasiā.

LUx fulgebit hodie super nos quia nat⁹ est nobis dom̄in⁹ et uocabit̄ āmirabil⁹ de⁹. princeps pacis. pat̄ futuri scli. cui⁹ regni n̄ erit finis. ps. Dñs regnauit decorē induit. iduit dñs fortitudinē et precinxit se uirtute. Gla. in excelsis. Colla. I.

OMnipotens deus: vt qui noua incarnati verbi tui luce pfundimur: hoc in nr̄o resplē deat ope. qđ p fidē fulget in mēte. Pe eundē. Collecta. II.

OMnipotens de⁹: vt q̄ beate anasta sie martyris tue sollēnia colim⁹: ei⁹ apud te patrocinia sētiam⁹. P. Le

HEc dicit ysaie pphete dñs. Ops dñi super me eo qđ vnxerit me. ad annūciandū māsuetis misit me vt mederer cōtritis corde: et pdicarē captiuis indulgētiā. et clausis aptōnē: vt pdicarem annū placabilē dño: et diem vltōis deo nr̄o: vt cōsolarer oms lugētes: et ponerē fortitudinē lugētibꝫ syon: et darē eis coronā p cinere: oleū gaudij p luctu: palliū laudis pro spū meroris. Et vocabūt in ea fortes iusticie: plātatō domini ad glificāduz. Ecce dñs auditū fecit in extremis tre. Dicite filie syon. Ecce saluator tu⁹ venit: ecce merces ei⁹ cū eo: et opus ei⁹ cora illo. Et vocabūt eos ppls scūs: redēpti a dño deo nostro. Ad tit̄ Q

UAmuis me: Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nr̄i dei. Nō ex opibus iusticie q̄ fecim⁹ nos sed secundū suā misericordiā saluos nos fecit p lauacrū regeneratōis et renouatōis spūs sci. quē effudit in nobis abūde p ihesū xp̄m saluatorē nr̄m: vt iustificati gra ipi⁹ heredes simus scd̄m spem vite eterne In xp̄o ihesu: dño nr̄o. Grad. Benedict⁹ qui uenit in noīe dñi

deus dñs et illuxit nobis :℣. A dño factū est ⁊ est mirabile in oculis nostris Alla. ℣. Dñs regnauit decorē induit induit dñs fortitudinē ⁊ precinxit se uirtute. Be

IN illo tpe : cundū Lucā. Pastores loquebant ad inuicē. Trāseam⁹ vsq; bethleez et videam⁹ hoc verbū qđ factum est. qđ dñs ostendit nobis. Et venerūt festinātes: et inuenerūt mariā ⁊ ioseph. et infantē posituz in psepio. Uidētes aūt: cognouerūt de verbo qđ dictuz erat illis de puero hoc. Et oīs qui audierūt mirati sunt: et de his q̄ dicta erāt a pastoribz ad ipos. Maria aūt cōseruabat oīa verba hec: cōferēs in corde suo. Et reuersi sūt pastores glificātes et laudātes deū. in omnibz q̄ audierāt ⁊ viderāt: sic dictū est ad illos. Credo in vnum.

Off. Deus ei firmauit orbē terre qui ñ cōmouebit parata sedes tua de⁹ ex tūc a scło tu es. Secre

MUnera nostra q̄s dñe natiuitatis hodierne mysteriis apta pueniāt. vt sicut homo genit⁹ idez refulsit deus. sic nobis hec ērena substātia ꝓferat qđ diuinū ē. P

Accipe q̄s Alia. eundem. dñe munera dignanter oblata. et beate anastasie suffragantibz meritis. ad nre salutis auxiliū puenire cōcede P dñm. Prefatō. Quia p incarnati verbi mysteri. q̄re añ canonē Infra actiōn. Cōmunicātes ⁊ diē. Cōmūio. Exulta filia syon lauda filia ierlz ecce rex tu⁹ uenit sanct⁹ ⁊ saluator mun

HUius nos Post cō. di. dñe sacramēti semp nouitas natalis instauret: cuius natiuitas singularis humanam repulit vetustatez. Per

SAtiasti Alia. eundem. dñe familiā tuā muneribz sacris: ei⁹ q̄s sp interuētiōe nos refoue: cui⁹ sollēnia celebram⁹. P. In die natal dñi. Ad sctm petrū.

DEus natus est nobis et fili⁹ dat⁹ est nobis. cui⁹ imperiū super humerū eius. ⁊ uocabit nom̄ eius magni cōsilii ange lus. ps. Cātate dño cāticū nouū q⁹ mirabilia fecit. Bta in excel

COncede⁹ deo. Colla. q̄s oīps deus: vt nos vnigeīti tui noua p carnē natiuitas liberet: quos sub petī iugo vetusta seruit⁹ tenz. p eū

HEc Lectõ ysaie ꝓphete dicit dñs. Propter hoc sciet populus meꝰ nomẽ meũ in die illa: quia egoipse qui loq̃bar ecce adsum. Quã pulchri sup mõtes pedes annunciãtis & pdicãtis pacem: annunciãtis bonũ: pdicãtis salutem: dicẽtis syon regnabit deus tuꝰ. Uox speculatorꝝ tuorum leuauerũt vocẽ: simul laudabũt: quia oculũ ad oculum videbũt. cũ conuerterit dñs syon. Gaudete et laudate simul deserta ierlim: quia cõsolatꝰ est dñs ꝑplm suũ redemit ierlim. Parauit dominus brachiũ scm suũ in oculis omniuz gẽtiuz: et videbunt oms fines terre salutare dei

FRa. Ad hebreos. nostri tres: Multipharie multis q̃z modis olim ds loquẽs patribꝫ in ꝓphetis: nouissime diebꝫ istis locutꝰ est nobis in filio quẽ ꝓstituit heredẽ vniuersoruz. p quem fecit & secla Qui cũ sit splẽdor gle & figura substãtie eiꝰ: portãs q̃z oia verbo vtutis sue purgatiõnẽ peccatorꝝ faciẽs. sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tãto melioꝝ anglis effectꝰ. quãto differentiꝰ pre illis nomen hereditauit. Cui enĩ dixit aliquãdo angloꝝ. filiꝰ meꝰ es tu ego hodie genui te: Et rursũ ego ero illi ĩ patrẽ: et ipe erit mihi in filiũ. Et cũ iterũ ĩtroducit primogenitũ ĩ orbẽ terre: dicit. Et adorẽt eum oms angli di. Et ad anglos quidẽ dicit. Qui facit anglos suos sps: et mĩstros suos flãmam ignis. ad filiũ aũt. Thronus tuꝰ ds in sclm scli: virga equitatis virga regni tui. Dilexisti iusticiã & odisti iniquitatẽ ꝓpterea vnxit te deus ds tuꝰ oleo exultatõis ꝑ participibꝫ tuis Et tu in pncipio dñe trã fundasti: et opa manuũ tuaruz sũt celi. Ipi pibũt. tu aũt pmanebis: & oms vt vestimẽtum veterascẽt. Et velut amictũ mutabis eos: & mutabũt Tu aũt idẽ ipe es: & anni tui nõ deficiẽt. Gradua. Uiderũt omnes fines terre salutare dei nostri iubilate deo oms fra. ℣. Notum fecit dñs salutare suum ante conspectum gentium reuelauit iusticiam suam Alleluia. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis uenite gẽtes & adorate dñm quia hodie descẽdit lux magna super terram:

Iniciuz sancti euglij : secūdū
IN principio iohannem.
erat verbū. Et verbuz erat
apud deū: et ds erat verbum
Hoc erat ī pncipio apud deū
Omnia p ipsum facta sunt: ⁊
sine ipso factuz est nihil. Qđ
factuz ē: in ipso vita erat. Et
vita erat lux hominū. Et lux
in tenebris lucet: ⁊ tenebre eā
non comphenderūt: Fuit hō
missus a deo: cui noīn erat io
hannes. Hic venit in testimo
niū. vt testimoniuz phiberet
de lumīe: vt oīs crederēt p
illū. Non erat ille lux: sed vt
testimoniū phiberet de lumīe
Erat lux vera: que illuminat
omnē hominē venientem in
hūc mundū. In mūdo erat.
et mūd⁹ p ipsū fact⁹ est. et mū
dus eū nō cognouit. In ꝓpa
venit: et sui eū nō receperūt.
Quotquot aūt receperūt eū
dedit eis potestatē filios ḋi fie
ri. his qui credūt in noīe eius
Qui nō ex sanguiḃ. neq; ex
volūtate carnis neq; ex volū
tate viri: sed ex deo nati sunt
Et verbū caro factū est: et ha
bitauit in nobis. Et vidim⁹ glo
riaz ei⁹: gl'am quasi vnigeni
ti a patre. Plenū grē: et veri
tatis. Credo in vnū de. Off
Tui sunt celi ⁊ tūa ē tra orbē frā
rum ⁊ plenitudinē ei⁹ tu fundasti
iusticia ⁊ iudiciū pparatō sedis
OBlata dō Secreta. tue.
mīe munera. noua vni
geniti tui natiuitate scifica:
nos q; a peccatoz nroz macu
lis emūda. p eūdez. Prefatio
Quia p incarnati verbi my
sterij. Quere ante canonem
COmmuni. Infra actionē
cātes ⁊ diez sacratissi. Cōmu.
Uiderūt oīs fines tre salutare
OResta P cō. dei nostri:
q̄s oīps ḋs: vt nat⁹ hō
die saluato⁹ mūdi. sic diuine
nobis gnatōis ē auctor: ita ⁊
immortalitatis sit ipe largitor
Qui tecū: Hec missa p totā
septimanā semel in die dicet
et gl'a in excelsis. et pfatio. et
cōmunicātes. Dominica pri
ma post natalez dñi. Statio
Oum ad scām mariam.
mediū silētiū tenerēt oīa
et nox ī suo cursu mediū iter ha
beret oīps sermo tu⁹ dñe de celis
a regalib⁹ sedib⁹ ueit. ps Dñs re
gna. deco. induit. induit dñs forti
tudinē ⁊ precinxit se uirtute. Col
Oīps sempit̄ne ḋs diri
ge act⁹ nros ī bñplacito

tuo: vt in noīe dilecti filij tui mereamur bonis opib⁹ abundare. ℙ eundē. Ad galathas

FRatres: Quāto tempe heres paruul⁹ est. nihil differt a seruo cū sit dñs omniū: sed sub tutorib⁹ ⁊ actoribus est. usq; ad p̄finitū tps a patre. Ita ⁊ nos cū essem⁹ paruuli: sub elemētis mūdi eramus seruientes. At vbi venit plenitudo tpis: misit ds filiū suū factum ex muliere. factū sub lege. vt eos qui sub lege erāt redimeret. vt adoptōnē filioz recipemus. Qm̄ autē estis filij: misit ds sp̄m filij sui in corda nr̄a clamātē abba pater. Itaq; iam n̄ est ser⁹ sed fili⁹. Quod si filius: et heres p dñm. Gradua. Speciosus forma pre filiis hominū diffusa ē grā i labiis tuis. ℣. Eructauit cor meū uerbū bonū dico ego opera mea regi ligua mea calamus scribe uelociter scribentis. Alla. ℣. Dñs regnauit decorē induit induit dñs fortitudinē ⁊ precinxit se

IN Scōm Lucaz. uirtute. illo tpe: Erat ioseph ⁊ maria mater iesu mirantes: sup his q̄ dicebāt de illo. Et benedixit illis symeon: et dixit ad mariā matrē ei⁹. Ecce positus est hic i ruinā ⁊ resurrectōnez multoz in isrl: et in signuz cui contradicet. Et tuam ipsius aiam ptrāsibit gladius: vt reuelent ex multis cordib⁹ cogitatōes. Et erat anna ꝓphetissa filia phanuel: de tribu aser Hec ꝓcesserat in diebus multis et vixerat cuz viro suo annis septē a virgitate sua: Et hec vidua usq; ad annos octogintaquatuor: que ñ discedebat de tēplo. ieiunijs ⁊ obsecratōibus seruiēs nocte ac die. Et hec ipsa hora supueniēs cōfitebat dño: et loquebat de illo oīb⁹ qui exp̄ectabāt redē ptōnē ierlm. Et vt pfecerunt oīa scōm legez dñi: reuersi sunt in galileā. in ciuitatē suam nazareth. Puer aūt crescebat ⁊ cōfortabat: plen⁹ sapiētia. Et gra dei: erat in illo

Off. Deus enī firmauit orbem terre qui nō cōmouebit parata sedes tua deus ertunc a sclo tu es.

QOncede q̄s dñe. Secr. vt oblis tue maiestatis mun⁹ oblatū ⁊ gratiaz nobis deuotōis obtineat. et effectū beate pēnitatis adquirat. p

Ad hāc missaz non dr p̄fatio

nec cõmunicãtes. Cõ. Tolle puerũ ⁊ matrem ei⁹ ⁊ uade i terrã iuda defuncti sũt enĩ qui querebant animam pueri Post cõ. DEr hui⁹ dñe opatõnem mysterij. ⁊ vicia nostra purgent⁹: et iusta desideria cõ pleant⁹. Pp. In circuncisione dñi. missã ad scãm mariã ad martires. Puer nat⁹ est nobis. DEus qui salutis Colla. et ne beate marie virgi nitate fecũda: humano gene ri pmia pstitisti⁹: tribue qs: vt ipsam pro nobis intercedere sentiam⁹: ⁊ p quaz meruimus auctorẽ vite suscipe dñm no strum iesuz christũ. Ad tituz. CAristime: Apparuit be nignitas ⁊ hũanitas sal uatoris nri dei. Nõ ex opibus iusticie q̃ fecim⁹ nos. sed scõz suã miscõiaz saluos nos fecit p lauacrũ regeneratõis ⁊ re nouatõis spũsci. quẽ effudit in nobis abũde p iesuz xpm saluatorẽ nrm: vt iustificati gra ipsius. heredes sim⁹ scõm spem vite eterne. In xpo iesu: dño nostro. Sy. Viderũt omnis ℣. Notũ fecit dñs. Alla. ℣. Dies scificatus. Scõm Lucaz IN illo tpe: Postq̃ consummati sunt dies octo vt circũcideret⁹ puer: vocatũ est nomẽ ei⁹ iesus. Qd̃ vocatũ ẽ ab angl̃o: priusq̃ in vtero cõcipere⁹. Credo in vnũ. Off. Tui sunt MUneribꝰ Secre. celi. nris q̃s dñe pcibꝰ q̃ susceptis. et celestibꝰ nos mũ da mysterijs. et clemẽter exaudi⁹. Pp. Prefatio. Quia p incarnati verbi. Quere ãte canonez. Infra actõnẽ. Cõmunicantes et diem sacra. Cõmu. Viderũt omnis fines. Post cõm HEc nos cõmunio domine purget a crimine⁹: et celestis remedij faciat esse cõsortes. Pp dꝰ. In vigilia epiphanie. Puer natus est nobis Orda nra q̃s dñe Coll vẽture festiuitatis splẽdor illustret: quo mũdi hui⁹ tenebris carere valeam⁹: et p ueniam⁹ ad patriã claritatis eterne. Per. Epla. Apparuit benignitas ⁊ hu vt supa. Se IN illo tpe: cũdũ matheũ. Defuncto herode: ecce angel⁹ dñi apparuit i somnis ioseph i egypto dicẽs. Surge ⁊ accipe puerũ ⁊ matrem ei⁹: et vade i terrã isrl. Defũcti sũt enĩ: qui querebãt aiam pueri

Qui cõsurgẽs accepit puerũ et matrẽ ei⁹: ⁊ venit in terraz isrl. Audiẽs aũt quod archelaus regnaret in iudea ꝓ herode patre suo: timuit illo ire Et ãmonit⁹ in somnijs: secessit in ptes galilee. Et veniẽs habitauit in ciuitate q̃ vocat nazareth: vt adimpleret qđ dictũ est ꝑ ꝓphetas: qm̃ nazareus vocabitur :Secreta

Ribue q̃s dñe. vt cũ ꝑsentibꝫ immolem⁹ sacrificijs ⁊ sumam⁹. quod vẽture solẽnitatis pia munera ꝓloquunt. ℙ. Post cõmunio

Illumĩa q̃s dñe ꝓlem tuũ: ⁊ splẽdore glorie tue cor ei⁹ semꝑ accẽde: vt saluatorẽ suum ⁊ incessanter agnoscat: ⁊ veraciter apprehẽdat. dñz nostrũ iesuz christũ. In die epiphanie ad sanctũ petruz. In.

Ece aduenit dominator dñs et regnũ in manu eius ⁊ potestas ⁊ imperiũ. ps. Deus iudiciũ tuũ regi da et iustriciã tuã filio regis. Col.

Deus qui hodierna die vnigenitũ tuũ gẽtibus stella duce reuelasti: cõcede ꝓpitio⁹: vt qui iaz te ex fide cognouim⁹: vsqꝫ ad cõtẽplandã spẽz tue celsitudĩs ꝓducamur ℙ eundez. Le. vsaie ꝓphete.

Urge illumĩare ierlm qz venit lumẽ tuuz: et gla dñi sup te orta ẽ. Quia ecce tenebre opient terrã: ⁊ caligo ꝑplos. Sup te aũt orietur dñs: et glia ei⁹ in te videbit Et ambulabũt gẽtes in lumine tuo: ⁊ reges in splẽdore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos ⁊ vide: oẽs isti congregati sũt venerũt tibi. Filij tui delonge veniẽt: et filie tue de latere surgẽt. Tũc videbis ⁊ afflues ⁊ mirabit⁹ ⁊ dilatabit⁹ cor tuũ quãdo cõuersa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gẽtium venerit tibi. Inundatio camelorum opiet te: dromedarij madian et epha: Oñs de saba veniẽt aurz ⁊ thus deferẽtes: ⁊ laudem domino annũciantes. Gz. Omnes de saba ueniẽt aurũ et thus deferẽtes ⁊ laudẽ dño annũciantes. ℣. Surge ⁊ illumĩare ierlm qz gla dñi super te orta ẽ. Alla. ℣ Vidimus stellã eius in oriẽte et uenimus cũ muneribꝫ adorare eũ

Cum natus :Se. matb. esset ihesus in bethleẽ iude in diebꝫ herodis regis: ec

ce magi ab oriẽte venerũt ie
rosolimã dicẽtes: Ubi ẽ qui
natus ẽ rex iudeor: Vidim⁹
enĩ stellã eius in oriẽte: et ve
nimus adorare eũ. Audiens
aũt herodes rex turbatus est:
et omnis ierosolima cũ illo.
Et cõgregãs omnes pncipes
sacerdotũ ⁊ scribas ppli: scisci
tabat ab eis vbi christ⁹ nasce
ret. At illi dixerũt ei. In beth
leem iude. Sic enĩ scriptum
est p ꝓphetã. Et tu bethleem
terra iuda: nequaq minima
es in pncipib⁹ iuda. Ex te enĩ
exiet dux: qui reget ppl'm me
um isrl. Tũc herodes clã vo
catis magis: diligenter didi
cit ab eis tempus stelle que
apparuit eis. Et mittẽs illos
in bethleem: dixit. Ite: et in
terrogate diligẽter de puero
Et cũ inueneritis renũciate
mihi: vt et ego veniẽs adorẽ
eũ. Qui cum audissent regez
abierũt. Et ecce stella quã vi
derãt in oriẽte · antecedebat
eos: vsq dum veniẽs staret
supra vbi erat puer. Videntes
aũt stellã: gauisi sũt gaudio
magno valde. Et intrãtes do
mũ: inuenerũt pueruz cũ ma
ria matre eius. Et ꝓcidẽtes:
adorauerũt eũ. Et aptis the
sauris suis: obtulerũt ei mu
nera. Aurũ: thus · ⁊ myrram
Et responso accepto in som
nis ne redirẽt ad herodẽ: per
aliam viaz: reuersi sunt in re
gionez suã **Credo in vnũ.**
Offer. Reges tharsis ⁊ insule mu
nera offerent reges arabum ⁊ sa
ba dona adducent et adorabunt
eum omnes reges terre omnes
gentes seruient ei. **Secreta.**
Ecclesie tue qs dñe dona
ꝓpicius intuere · quib⁹
nõ iam · aurũ · thus ⁊ mirra p
fertur · sed qđ eisdẽ muneribꝰ
dclarat immolat ⁊ sumit. P
ꝓfatio ⁊ in octa. Quia cũ vni
genit⁹ tu. **Quere aĩ canonẽ**
Cõmunican **Infra actiõez.**
tes ⁊ diẽ sactissimũ celebrãtes
quo vnigenit⁹ ⁊c. **Cõ.** Vidi
mus stellã eius in oriẽte: venim⁹
cũ muneribꝰ adorare eũ. **P⁹ cõ.**
Dra qs oĩpotẽs dus: vt q
solẽni celebram⁹ officio
purificate mẽtis intelligẽtia
cõsequamur. **P.** **Dñica pri
ma p⁹ epiphaniã. Oratio ad**
In excelso throno sctã mariã.
Vidi sedere virũ quẽ adorat mꝝ
titudo angloꝝ psallẽtes ĩ unũ ec
ce cuius ĩperiũ permanet in eter

nū. ℘: Jubilate dño omnis terra ſeruite dño in letícia. Colle:
OTa qs dñe ſupplicantis ppli celeſti pietate p ſequere: vt ꝛ q̄ agēda ſūt videant ꝛ ad implēda q̄ viderīt cōualeſcāt. ℣. Ad romanos
Frēs. Obſecro vos p miſericordiā dei. vt exhibeatis corpora vra hoſtiā viuentē ſctāz ⁊ deo placētē: rationabile obſequiū vrm. Et nolite cōformari huic ſclo: ſed reformamini i nouitate ſenſus vri vt ꝓbetis q̄ ſit volūtas dei bona ⁊ bñplacēs ⁊ pfecta. Dico enī p grāz que data eſt mihi ⁊ omnib qui ſūt inter vos nō plus ſapere q̄z oportet ſapere: ſz ſape ad ſobrietatē. Et vnicuiq; ſic de⁹ diuiſit mēſuraz fidei. Sicut enī in vno corpe multa mēbra hēm⁹ ⁊ oīa āt mēbra nō eūdē actū hñt: ita multi vnū corp⁹ ſumus in chriſto Singuli aūt: alter alteri⁹ mēbra. ℟a. Bñdictus dñs deus iſrl qui facit mirabilia magna ſolus a ſclo. ℣. Buſcipiāt montes pacē pplo tuo ⁊ colles iuſticiā. Alleluia: ℣. Jubilate deo oīs terra
JN Lucā. ſeruite dño i letícia illo tpe: Cū fact⁹ eēt ieſus ānoz duodecī: aſcēdētibz parētibz ei⁹ in ieroſolimā ſcōm ꝯſuetudinē diei feſti cōſūmatis q̄z diebz cū rediret remāſit puer ieſus in ieruſalē ⁊ nō cognouerūt parētes ei⁹. Exiſtimātes aūt illū eē in comitatu. venerūt iter diei: ⁊ requirebāt euz ītet cognatoſ ⁊ notoſ Et non inuenientes: regreſſi ſūt in ierlm requirētes eū. Et factū ē poſt triduū: inuenerūt illū in tēplo ſedētē in medio doctoz audiētez illos ⁊ īterrogātē. Stupebāt aūt oīs qui eū audiebāt: ſup prudētia et reſpōſis ei⁹. Et videtes: āmirati ſūt. Et dixit mater ei⁹ ad illū. Fili: quid feciſti nobiſ ſic Ecce pr̄ tuus et ego dolētes: querebam⁹ te. Et ait ad illos Quid ē quod me q̄rebatis: Neſciebatis q̄ in hiis q̄ prīs mei ſūt oportet me eē: Et ipi nō intellexerūt vbū: quod locut⁹ ē ad illos. Et deſcēdit cū eis ⁊ venit nazaret: ⁊ erat ſubdit⁹ illis. Et mater ei⁹ ꝯſeruabat oīa vba hec: i corde ſuo Et ieſus ꝓficiebat ſapiētia ⁊ etate ⁊ grā: apud deuz et homines. Off. Jubilate deo oīs terra ſeruite dño i letícia itrate in

conſpectu eius in exultatione q; dñs ipse est de⁹. Secreta Blatū tibi dñe sacrificiū vivificet nos sp; t muniat. p. Cō. Fili quid feciſti nobis sic ego t pat tu⁹ dolētes querebam⁹ te t quid ē quod me querebatis nesciebatis q; ī his que patris mei sunt oportet me esse. Post cō. Supplices te rogamus omnipotēs ds: vt quos tuis reficis sacramētis: tibi etiā placitis moribꝫ dignant deſuire ꝯcedas. p. In octaua epi. Ecce aduenit dñator t cetera Mllo tpe: Scdz iohānez. Vidit iohānes ihesū venientē ad se: t ait. Ecce agn⁹ dei qui tollit pccatū mūdi. Hic ē de quo dixi. Post me venit vir qui añ me fact⁹ ē: q; prior me erat. Et ego nesciebā eū. Sz vt manifestet in isrl: propterea veni ego ī aqua baptizās. Et testimoniū phibuit iohānes dicēs: q; vidi spiritū descēdentē quasi colūbā de celo· t mansit sup eū t ego nesciebā eum. Sed qui misit me baptizare in aqua: ille mihi dixit. Sup quē videris spiritū descēdentē t manētē sup eū: hic ē qui baptizat in spū scō. Et ego vidi t testimoniū phibui: q; hic ē filius dei. Dñica. ij. p⁹ epiph. Omnis terra adoret te deus t psallat tibi psalmū dicat nomini tuo altissime. ps. Jubilate deo omnis terra psalmū dicite nomini eius date gloriā laudi eius. Ops sempiterne ds qui celestia simul t terrena moderaris: supplicatōes pli tui clemēter exaudi: t pacē tuā nris ꝯcede tporibꝫ. P. Rēs: Ha. Ad romanos Abētes donatiōes scōm grām q̄ data ē nobis differētes: sive pphetiā scdz ratiōez fidei· sive mīsteriū ī mīstrādo sive qui docet ī doctrina. Qui exhortat: in exhortādo. Qui tribuit: in simplicitate. Qui pest: ī sollicitudīe. qui miseretur: ī hilaritate Dilectio sine simulatiōe. Odiētes malum: adherētes bono. Caritatē fraternitatis: invicē diligētes. Honore invicez pueniētes. Sollicitudīe nō pigri. Spū feruētes: dño seruiētes. Spe gaudētes: ī tribulatiōe patiētes. Orōi instātes: necessitatibus scōz coicātes· hospitalitatē sectātes. Bñdicite psequentibus vos· bñdicite t nolite ma

ledicere. Gaudere cū gaudē-
tib⁹ flere cū flētib⁹. Id ipsuz
inuicē sentiētes. Nō alta sa-
piētes: sz humilib⁹ cōsētiētes.
℟. Misit dñs uerbū suū ⁊ sa
nauit eos ⁊ eripuit eos de interi-
tu eorū. ℣. Cōfiteāt dño mie eius
et mirabilia ei⁹ filij hominum.
Alla. ℣. Laudate dñm oēs āge
li ei⁹ laudate eū oēs uirtutes ei⁹.
IN illo tpe: Scōm iohan.
Nuptie facte sūt in chana
galilee: ⁊ erat mater iesu ibi.
Vocat⁹ ē aūt iesus ⁊ discipu
li ei⁹ ad nuptias. Et deficiēte
uino dicit mater iesu ad euz
Uinū nō hñt. Et dic̄ ei iesus
quid mihi ⁊ tibi ē mlier: Nō
dū uenit hora mea. Dic̄ mat
eius mīstris. Quodcūqz dixe
rit uobis: facite. Erāt aūt ibi
lapidee ydrie ser ppsite scōm
purificatiōz iudeoz: capiētes
single metretas binas vl ter
nas. Dicit eis iesus. Implete
ydrias aqua. Et impleuerūt
eas: vsqz ad summū. Et dicit
eis iesus. Haurite nūc: ⁊ ferte
architriclio: Et tulerūt. Ut āt
gustauit architriclin⁹ aquā vi
nū factū ⁊ nō sciebat vñ eēt:
ministri aūt sciebāt qui hau-
serāt aquā: vocauit sponsū ar
chitriclin⁹ ⁊ dic̄ ei. Omis hō
pmū bonū vinū ponit: ⁊ cū in
ebriati fuerīt tūc id qđ dete
rius ē. Tu āt fuasti bonū vinū
vsqz adhuc. Hoc fecit inicium
signoz iesus in chana galilee
et manifestauit gliaz suā. Et
crediderūt in eū discipuli ei⁹. Off
Jubilate deo uniuersa terra psal
mū dicite nōi ei⁹ uenite ⁊ audite
⁊ narrabo uobis oēs qui timetis
dñm quāta fecit dñs aie mee alla
Oblata dñe mu- Secre.
nera sanctifica nos qz a
pctoz nroz maculis emūda. p
Cō. Dicit dñs implete ydrias
aqua ⁊ ferte architriclio dū gustas
set architriclin⁹ aqua uinū factū
dicit spōso seruasti uinū bonū us-
qz adhuc hoc signū fecit iesus pri
mū coram discipulis suis. Post cō.
Augeat in nobis dñe qs
tue virtutis opatio: vt di
uinis vegetati sacramētis: ad
eoz pmissa capienda tuo mu-
nere pparemur. Dñica .iij.
Omis terra adoret te de⁹. vt sup
Ops sempiterne ds. Collta.
infirmitatē nrāz ppiti⁹
respice: atqz ad protegendū nos
dexterā tue maiestatis extende:
Rēs. Nolite Ad roma.
ee prudētes apud vos-

metipsos nulli malũ ꝓ malo reddẽtes. Prouidentes bona nõ tm̃ coꝝ deo: sed etiã coꝝ omib⁹ hoib⁹. Si fieri põt qđ et vobis ẽ: cũ oib⁹ hoib⁹ pacẽ habẽtes. Nõ vosmetipos defendẽtes carissimi: ꝛ date locũ ire. Scriptũ ẽ enim. Mihi vindictã: ego retribuã dicit dñs. Ex si esurierit inimicus tu⁹: ciba illũ. Si sitit: potũ da illi. Hoc enim faciẽs: carbones ignis congeres sup caput eius. Noli vinci a malo: ꝛ vince in bono malum. Gz. Misit dñs verbũ suũ Alla. ℣. Laudate dñm

In illo tpe: Scom mathe. Cũ descẽdisset ihesus de mõte: secute sũt eũ turbe multe. Et ecce lepꝰ veniẽs adorabat eũ dicẽs. Dñe: si vis potes me mũdare. Et extẽdẽs manũ: tetigit eũ ihesus dicẽs. Volo. mũdare. Et cõfestim mũdata ẽ lepra eius. Et ait illi ihesus. Vide nemini dixeris: sed vade ostende te sacerdoti. ⁊ offer munꝰ qđ ꝓcepit moyses in testimoniũ illis. Cũ aũt introisset capharnaũ: accessit ad eũ centurio rogãs eũ ⁊ dicẽs. Dñe: puer meus iacet in domo paraliticus: ⁊ male torquet. Et ait illi ihesus

In diebus illis: Conuenerunt filij isrl aduersū moysen et aaron: et versi in seditionem dixerunt. Da nobis aquam: vt bibam⁹. Ingressi qz moyses et aaron dimissa mltitudine tabernaclm federis: corruerūt proni i terrā. clamauerūtqz ad dñm atqz dixerūt. Dñe de⁹ audi clamorē populi hui⁹. et api eis thesaurū tuū fontem aque viue: vt satiati cessēt murmuratio eoz. Et apparuit gla dñi sup eos. Locutusqz est dns ad moysē dicens. Tolle virgam et congrega pplm tu ⁊ aaron frater tuus: et loquimini ad petrā corā eis. et illa dabit aquas. Cumqz eduxeris aquā de petra: bibet omis multitudo et iumēta eius. Tulit g moyses virgam que erat in cōspectu dñi sicut pcepat ei. cōgregata mltitudine ante petram: dixit qz eis. Audite rebelles ⁊ increduli. Num de petra hac poterimus vobis aquam eicere: Cum qz eleuasset moyses manum · percutiens virga bis silicē: egresse sūt aque largissime. ita vt populus biberet: et iumenta. Dixit qz domin⁹ ad moysen et aaron. Quia non credidistis mihi vt sanctificaretis me coram filijs isrl: ñ introducetis hos pplos in terrā quā dabo eis. Hec est aqua contradictōis vbi iurgati sūt filij isrl cotra dñm: et scificat⁹ ē in eis. ℣. In deo sperauit cor meū ⁊ adiutus sū ⁊ refloruit caro mea ⁊ ex uoluntate mea cōfitebor illi. ℟. Ad te dñe clamaui de⁹ me⁹ ne sileas ne discedas a me. Scōm ioh̄ā.

In illo tempore: Venit ihesus in ciuitatem samarie que dicitur sichar: iuxta prediū quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat autez ibi fons iacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere: sedebat sic sup fontem. Hora erat quasi sexta. Venit mlr de samaria: haurire aquā. Dicit ei ihesus. Da mihi bibere. Discipuli autez eius abierunt in ciuitatem:

vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa samaritana. Quomodo tu iudeus cū sis. bibere a me poscis que sū mulier samaritana: Non enī coutunt iudei samaritanis. Respondit iesus: et dixit ei. Si scires donum dei. et quis est qui dicit tibi da mihi bibere: tu forsitā petisses ab eo. et dedisset tibi aquā viuaz. Dicit ei mulier. Dñe: neq; in quo haurias habes: et puteus altus est. Unde g habes aquaz viuam: Numquid tu maior es patre nr̄o iacob qui dedit nobis puteū. et ipse ex eo bibit ⁊ filij eius. et pecora eius: Respondit iesus: et dixit ei. Oīs qui bibit ex aqua hac sitiet iterum. Qui autē biberit ex aqua quā ego dabo ei. non sitiet ineternum: ꝓ aqua quaz dabo ei. fiet in eo fons aque salientis in vitaz eternam. Dicit ad eum mulier. Dñe: da mihi hanc aquam: vt non sitiaz neq; veniā huc haurire. Dicit ei iesus. Vade voca virum tuū: et veni huc Respondit mulier: et dixit. Non habeo virum. Dicit ei iesus. Bene dixisti: quia nō habeo virum. Quinq; enim viros habuisti: et nunc quez habes nō est tuus vir. Hoc vere dixisti. Dicit ei mulier. Domine: video q; prophet a es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerūt: et vos dicitis q; ierosolimis est locus. vbi adorare oportet. Dicit ei iesus: Mulier: crede mihi: quia venit hora quādo neq; in monte hoc neq; in ierosolimis adorabitis patrem. Vos adoratis qđ nescitis: nos adoramus quod scim⁹. quia salus ex iudeis est. Sed venit hora ⁊ nunc est: quando veri adoratores adorabunt patrē in spiritu ⁊ veritate. Nam et pater tales q̄rit: qui adorent eum. Spiritus est de⁹: ⁊ eos qui adorant eum in spū ⁊ veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio quia messias venit: qui dicit christus. Cuz ergo venerit: ille nobis annūciabit omnia. Dicit ei iesus Ego sum: qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli eius: et mirabant. quia cū muliere loquebatur. Nemo tamē dixit quid q̄ris: aut quid loq̄ris cum ea. Reliquit

ergo hydriam suam mulier: et abijt in ciuitatem· et dicit illis hominib⁹. Uenite et videte hominē :qui dixit mihi oīa quecunq; feci. Nunqd ipse est xp̄s: Exierūt ɔ ciuitate:et veniebant ad eū·Interea rogabāt eum discipuli dicentes. Rabbi:māduca·Ille autē dixit eis. Ego cibum habeo manducare: quem vos nescitis·Dicebant ergo discipuli ad inuicē. Nunquid aliquis attulit ei manducare: Dicit eis iesus. Meus cib⁹ est vt faciam voluntatē eius qui misit me: vt pficiā opus ei⁹. Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor mēses sunt· et messis venit: Ecce dico vobis. Leuate oc̄los vr̄os: ⁊ videte regiones. q; albe sunt iā ad messē. Et qui metit mercedem accipit. et congregat fructum in vitam eternam: ut et qui seminat simul gaudeat et qui metit. In hoc enim est verbū verum : quia alius est qui seminat. ⁊ alius ē qui metit· Ego misi vos metere: quod vos nō laborastis· Alij laborauerūt: ⁊ vos in labores eorum introistis· Ex ciuitate autem illa mlti crediderunt in eū samaritanor : ꝓpter verbuz mulieris testimoniū perhibētis· q; dixit mihi omnia quecunq; feci. Cum venissēt ergo ad illū samaritani: rogauerunt eū ut ibi maneret. Et mānsit ibi duos dies. Et mlto plures crediderunt ꝓpter sermonem eius: et mulieri dicebant. quia iam nō ꝓpter tuā loquelā credimus. Ipsi enim audiuim⁹ et scimus: quia hic est vere saluator mundi· Off. Intende uoci oronis mee rex meus ⁊ deus meus qm̄ ad te ora

REspice Secre. bo dñe. dñe, ꝓpicius ad munera que sacramus: vt et tibi sint grata. et nobis salutaria semper existant. ꝑ. Cō· Qui biberit aquā quam ego dabo ei dicit dñs fiet in eo fons aque saliētis in uitam eternam. Post cō.

HUius nos dñe pceptio sacramēti mundet a crimine: et ad celestia regna pducat. ꝑ dm̄ Super populum

QResta q̄s omīpotēs ɔ vt qui in tua ꝓtectione confidim⁹ ⁊ cuncta nobis aduersantia te adiuuāte vincamus. ꝑ dñm· Sabbato ad

VErba ſcām ſuſannam. mea auribuſ percipe dómine intellige clamorem meum intende uoci oratōiſ mee. ℘. Quoniaz ad te orabo domine mane exaudies uocez meam. Collecta.

OReſta queſumus omnipotens deus: vt qui ſe affligendo carne ab alimentis abſtinent: ſectando iuſticiam a culpa ieiunent. ℔ dō.

IN Lctō danielis ꝓphete.

Idieb illis: Erat vir in babilone: et nomen eius ioachim. Et accepit vxorem nomine ſuſannā filiā helchie: pulchram nimis ⁊ timentem dominum. Parentes enim illi⁹ cum eſſent iuſti: erudierunt filiam ſuam ſecundum legez moyſi. Erat autem ioachim diues valde: et erat ei pomerium vicinum dom⁹ ſue. Et ad ipſum confluebant iudei: eo qd eſſet honorabilior omniuni. Et conſtituti ſunt duo ſenes iudices in anno illo: de quibus locutus eſt dominus quia egreſſa eſt iniquitas de babilone. a ſenibus iudicib qui videbantur regere populum. Iſti frequentabant domum ioachim: et veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. Cum autem popul⁹ reuertiſſet ꝑ meridiez: ingrediebaf ſuſanna. et deambulabat in pomerio viri ſui. Et videbāt eā ſenes quotidie ingredientē et deambulantem et exarſerunt in cōcupiſcētiā ei⁹. Et euerterūt ſenſuz ſuū: et declinauerūt oculos ſuos vt nō viderēt celū. neq; recordarenf iudicioz iuſtorū. Factum eſt aūt cuz obſeruarent diem aptū quādo eā poſſent inuenire ſolā: ingreſſa eſt aliquādo ſic̄ heri et nudi⁹ terti⁹ cum duab ſolis puellis. voluit q; lauari ī pomerio. Eſt⁹ quippe erat. Et non erat ibi quiſq;: ꝑter duos ſeneſ abſcōditos. Dixit ꝙ puellis. Affer te mihi oleū et ſmigmata: et oſtia pomerij claudite vt lauer. Cuz aūt egreſſe eſſēt puelle: ſurrexerūt duo ſenes et accurrerūt ad eā et dixerunt. Ecce oſtia pomerij clauſa ſūt et nemo nos videt: et in concupiſcētia tui ſum⁹. Quā obrem abſentire nobis: et cōmiſcere nobiſcū. Qd̄ ſi nolueris dicemus teſtimoniū cōtra te quod fuerit tecuz iuuenis. et

ob hanc causaz emiseris pu/
ellas a te. Ingemuit susãna:
et ait. Angustie mihi sũt vn
diqz. Si enĩ hoc egero mors
mihi est: si autem non egero
non effugiaz manus vestras
Sed meli9 mihi est absqz ope
re incidere in man9 vestras:
quam peccare inconspectu do
mini. et exclamauit voce ma
gna susanna: exclamauerũt
autẽ et senes aduersus eam.
Cum aũt audissent clamorẽ
in pomerio famuli domus ir/
ruerunt p posticũ vt viderẽt
quidnaz esset. Postqz aũt se/
nes locuti sũt: erubuerũt ser
ui vehemẽter. qz nũqz dictus
fuerat sermo huiuscemodi de
susanna. Et facta est dies cra
stina. Cũqz venisset ppls ad
virum ei9 ioachim: venerũt t
duo pbiteri pleni iniqua co/
gitatõe aduersus susannam
vt interficerẽt eam. Et dixe/
runt coraz ppło. Mittite ad
susannã filiã helchie: vxorez
ioachim. Et statim miserunt
Et venit cũ parẽtibo t filijs t
vniuersis cognatis suis. Fle
bant ğ sui: et omñs qui noue/
rant eaz. Consurgentes aũt
duo presbiteri in medio ppli:
Erat enim cor eius fiduciaz
habens in dño. Et dixerunt
presbiteri. Cum deambulare
mus in pomerio soli: ingressa
est hec cũ duabo solis puellis
et clausit ostia pomerij. et di/
misit puellas. Venit qz ad eã
adolescens qui erat absc̃odi/
tus. et concubuit cũ ea. Cor/
ro nos cũ essem9 in angulo po
merij: videtes iniquitatẽ cu/
currimus ad eos: et vidimus
eos pariter cõmisceri. Et illuz
quidẽ nõ quiuim9 comphen/
dere quia fortior nobis erat:
et aperto ostio exiliuit. Hanc
autẽ cũ apphendissem9. int
rogauimus quisnam esset iu
uenis: et noluit indicare no/
bis. Huius rei testes sumus
Credidit eis mltitudo quasi
senibus populi t iudicibo: et
condemnauerũt eaz ad mor/
tem. Exclamauit autem vo/
ce magna susãna t dixit. De
us eterne qui absconditorum
es cognitor. qui nosti omnia
anteqz fiant: tu scis quoniaz
falsum contra me tulerũt te/
stimonium. Et ecce morior:
cum nichil horũ fecerim que
isti maliciose composuerũt ad
uersum me. Exaudiuit autẽ

dominus vocē eius. Cumq; duceretur ad mortem: suscitauit dominus spiritum pueri iunioris cui nomen daniel Et exclamauit voce magna. ℣Mundus ego suz a sanguīe huius. Et conuersus omnis populus ad euz: dixit. Quis est sermo iste quē locutus es Qui cum staret in medio eorum: dixit. ℟ic fatui filij isrl' non iudicātes neq; quod verum est cognoscentes: condēnastis filiam israel. Reuertimini ad iudicium: quia falsum testimoniuz locuti sunt aduersum eam. Reuersus est ergo populus cū festinatōe: et dixit ad eos daniel. ℟eparate eos abinuicem procul: et diiudicabo eos. Cum ergo diuisi essent alter ab altero: vocauit vnum de eis et dixit ad eum. Inueterate dierum malorum: nunc venerunt peccata tua que operabaris pri⁹. iudicās iudicia iniusta. innocentes opprimens et dimittēs noxios. dicente domino. innocentem et iustum non interficies. Nunc ergo si vidisti eā dic sub qua arbore vidēris eos colloquētes sibi. Qui ait. sub cino. Dixit autem daniel. Recte mentitus es in caput tuū Ecce enim angelus domini accepta sentētia ab eo: scindet te mediuz. Et amoto eo: iussit venire alium. Et dixit ei. ℟emen canaan et non iuda species decepit te. et concupiscētia subuertit cor tuū. ℟ic faciebatis filiab⁹ israel: et ille timentes loquebantur vobis. ℟ed non filia iuda: sustinuit iniquitatē vestraz. Nūc ergo dic mihi sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi. Qui ait. ℟ub p̄no. Dixit autem ei daniel. Recte mentitus es et tu in caput tuum. ℣Manet enim angelus domini gladiuz habens vt secet te medium: et interficiat vos. Exclamauit itaq; oīs cet⁹ voce magna: et benedixerunt deo qui saluat sperātes in se. Et consurrexerūt aduersus duos presbiteros: conuicerat enim eos daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium. Fecerunt q; eis sicut male egerant aduersus proximū et interfecerunt eos. Et saluatus est sanguis innoxius: in die illa. Graduale. ℟i am⁹

bulem in medio umbre mortis ñ timebo mala quoniam tu mecum es domine. ℣. Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt.

In illo ℣cõm iobannem. tempore: Perrexit iesus in montem oliueti: et diluculo iterum venit in templum. Et omnis populus venit ad eũ: et sedens docebat eos. Adducunt autem scribe et pharisei mulierem in adulterio deprehensam: et statuerũt eam in medio et dixerunt ei. Magister: hec mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autez: moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hec autem dicebant temptãtes eũ: vt possent accusare eum. Jesus autem inclinans se deorsum: digito scribebat in terra Cum autez perseuerarent interrogantes eum: erexit se et dixit eis. Qui sine peccato ẽ vestrum: primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans: scribebat in terra. Audientes autez vnus post vnum exibant: incipientes a senioribus. Et remansit solus: z mulier in medio stans

Erigens autez se iesus: dixit ei. Mulier: vbi sunt qui te accusabãt: Nemo te cõdemnauit: Que dixit. Nemo domine. Dixit autẽ iesus. Nec ego te condemnabo. Vade: z amplius iam noli peccare. Off. Gressus meos dirige domine secundum eloquium tuum ut non dominetur omnis iniusticia domine. Secreta. Once de quesumus omnipotens deus. vt huius sacrificij munus oblatum. fragilitatẽ nostram ab omni malo purget semp et muniat. Per dominum nostrum. Cõmunio. Nemo te condemnauit mulier nemo domine nec ego te condemnabo iam amplius noli peccare. Ure iesu: Post cõmunio. Nimus omnipotens deus vt inter eius membra numeremur: cuius corpori communicam⁹ et sanguini. Per eundem dominum nostrum iesũ christum. Super populum. Pretende domine fidelibus tuis dexteram celestis auxilij: vt z te tota corde perquirãt: z que digne postulant consequi mereantur. Per dominum nostrũ iesum chri.

Die dominica medie quadra/
gesime.ad ierlm.

Leta re ierlm et conuentum facite omnes qui diligitis eam gaudete cum leticia qui i tristicia fuistis ut exultetis ⁊ satiemini ab uberibus consolationis uestre. ℘s. Letatus suz in his que dicta sũt mihi i domum domini ibimus.

Oncede qs om/nipotens deus: vt q ex merito nostre actõis affligimur: tue gratie consolatione respiremus. ℘. Ad galathas

Fratres: Scriptum est qm̃ abraham duos filios habuit: vnũ de ancilla et vnũ de libera. Sed qui de ancilla: secundum carnem nat⁹ est. Qui autem de libera: per repromissionem. Que sunt per allegoriam dicta. Hec enĩ sunt duo testamenta. Unum quidem in monte syna in seruitutem generans: que est agar. Syna enim mons est in arabia: qui coniunctus est ei que nũc est ierusalem: et seruit cum filijs suis. Illa autẽ que sursum est ierusalem libera est: que est mater nostra. Scriptum est enim. Letare sterilis que non paris: erũpe et clama que non parturis. quia multi filij deserte magis quam eius que habet virum. Nos autez fratres: secundũ ysaac promissionis filij sum⁹. Sed quomodo tunc his qui secundum carnez natus fuerat. persequebatur euz qui secundum spiritum: ita et nũc. Sed quid dicit scriptura: Eice ancillam: et filium eius. Non enim erit heres filius ancille: cuz filio libere. Itaqz fratres non sumus ancille filij: sed libere. Qua libertate: christus nos liberauit. Grad. Letatus suz in his que dicta sũt mihi in domum domini ibimus. ℣. Fiat pax in uirtute tua et abũdãtia in turribus tuis. Tractus

Qui confidũt in dño sicut mons syon non commouebitur in eternum qui habitat in ierusalem. ℣. Montes in circuitu eius et dominus i cicuitu populi sui ex hoc nunc et usqz in seculuz. Secundum

In illo dum iohannem. tempore: Abijt ihesus trãs mare galilee quod est tyberiadis: et sequebatur euz multitudo magna. quia videbãt signa que faciebat super his qui infirmabantur. Subijt

ergo in montem ieſus: et ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. Erat aũt prorimũ paſcha: dies feſtus iudeoꝝ. Cum ſubleuaſſet ergo oculos ieſus. et vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum: dixit ad philippum. Unde ememus panes vt manducent hi: Hoc autẽ dicebat: temptans eum. Ipſe enim ſciebat: quid eſſet facturus. Reſpondit ei philippus. Ducentoꝝ denariorum panes nõ ſufficiũt eis: vt vnuſquiſq; modicũ quid accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius andreas frater ſymonis petri Eſt puer vnꝰ hic: qui habet quinq; panes ordeaceos et duos piſces. Sed hec quid ſunt inter tãtos? Dixit ergo ieſus. Facite homines diſcũbere. Erat aũt fenum multũ in loco. Diſcubuerunt ergo viri: numero quaſi quinq; milia. Accepit ergo ieſus panes et cum gratias egiſſet diſtribuit diſcumbentibus. Similiter et ex piſcibus: quantum volebant. Ut autem impleti ſunt: dixit diſciplis ſuis. Colligite que ſuperauerunt fragmenta: ne pereant. Collegerunt ergo: et impleuerũt duodecim cophinos fragmentorum ex quinq; panibus ordeaceis. que ſuperfuerũt his qui manducauerãt Illi ergo homines cũ vidiſſent quod fecerat ſignũ: dicebãt Quia hic ẽ vere propheta: qui venturus eſt in mundum. Off. Laudate dominũ quia benignꝰ eſt pſallite nomini eius quoniam ſuauis ẽ omnia quecunq; voluit fecit in celo et in terra. Secreta Sacrificijs preſentibꝰ domine queſumus intende placatus. vt et deuotioni noſtre proficiant et ſaluti. Cõmunio. Jeruſalem que edificatur ut ciuitas cuius participatio eius in idipſum illuc enim aſcenderunt tribus tribus domini ad confitendum nomini tuo domine. Post cõ. Omnipotens ſempiterne deus: qui nobis de preſentibus bonis: misericors: et de futuris largiris: ita nos tibi fac bene placere: vt et preſentia ſine offendiculo: et futura ſine timore ſperemus. Per dominum Feria ſecũda ad ſanctos qua Deus in tuo: coronatos nomine tuo ſaluum me fac: et in virtute tua iudica me. Deus exaudi oratione meam. ps. Quo

nia alieni insurrexerũt i me· & fortes quesierũt aniam meã. Coll.
Oresta qs oms ds: vt obseruatiões sacras annua devotiõe recolentes: et corpe tibi placeam⁹ & mẽte.p.
In diebꝫ il⁹ Lectõ libri regũ
Ilis Venerũt due mlieres meretrices ad regẽ salomonem: steterũtqꝫ coraꝫ eo. Quarum vna ait. Obsecro mi dñe ego & mulier hec habitabam⁹ in domo vna· & peperi apud eã in cubiculo. Tertia vero die postqꝫ ego peperi: pepit et hec Et eramus simul: nullusqꝫ alius i domo nobiscũ. exceptis nobis duabꝫ. Mortuus est añt filius mulieris huius nocte: dormiẽs quippe oppressit eum. Et consurgens in tempesta nocte silentio: tulit filiũ meũ de latere meo ãcille tue dormientis· et collocauit in sinu suo.: Suũ autẽ filium qui erat mortuus: posuit in sinu meo. Cunqꝫ surrexissem mane vt darez lac filio meo: apparuit mortuus. Quem diligentius intuẽs clara luce: deprehendi non esse meuz quẽ genueram. Responditqꝫ altera mulier. Non est ita· sed filius tuus mortuus est· meus autem viuit. Econtrario illa dicebat. Mentiris. Filius quippe meus viuit: et filius tuus mortu⁹ est. Atqꝫ in hũc modum contendebant coraꝫ rege. Tunc rex ait. Hec dicit filius meus viuit. & filius tuus mortuus est: et ista respondit non· sed filius tuus mortuus est· et filius meus viuit Dixit ergo rex. Afferte mihi gladium. Cunqꝫ attulissent gladium coram rege: ait. Dividite infantem viuum: in duas partes: et date dimidiam partem vni. et dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier cuius filius erat viu⁹ ad regem: cõmota sunt quippe viscera eius super filio suo Obsecro mi dñe: date illi infantem viuum· et nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat. Nec mihi nec tibi sit: sed diuidatur. Respondit rex et ait. Date huic infãtem viuum et non occidatur hec est enim mater ei⁹. Audiuit itaqꝫ omnis israel iudicium quod iudicasset rex: et timuerunt regem videntes sapientiam dei esse in eo: ad facien-

dum iudicium. Gr. Esto mihi in deum protectorem ⁊ in locū refugij ut saluum me facias. ℣. Deus i te speraui dñe nō cōfundar in eternum. Scōm iohan. In illo tēpore: Prope erat pasca iudeorum: et ascendit ierosolimam iesus. Et inuenit in templo vendētes boues et oues et columbas: et nūmularios sedentes. Et cū fecisset quasi flagellum de funiculis: omnes eiecit de templo. Oues quoq; et boues: ⁊ nūmulariorum effudit es. et mēsas subuertit. Et his qui columbas vendebant dixit: Auferte ista hinc: ⁊ nolite facere domū patris mei domuz negociationis. Recordati vero sunt discipli eius: quia scriptum est. Zelus domus tue comedit me. Responderunt ergo iudei: ⁊ dixerunt ei. Qđ signum ostendis nobis quia hec facis? Respondit iesus: ⁊ dixit eis. Soluite templum hoc: et in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quadragīta ⁊ sex annis edificatum est templum hoc et tu tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis: recordati sunt discipuli eius. q; hoc dicebat. Et crediderunt scripture: ⁊ sermoni quem dixit iesus. Cum autem esset ierosolimis in pascha in die festo: multi crediderunt in nomine eius videntes signa eius que faciebat. Ipse autez iesus non credebat semetipsum eis. eo quod ipse nosset omnes: et quia opus ei non erat vt quis testimoniū perhiberet de homine. Ipse enī sciebat quid esset in homine.

Off. Jubilate deo omnis terra seruite dño in leticia intrate i cōspectu eius in exultatione q; dñs

Sla Secre. ipse est de?. tum tibi domine sacrificium viuificet nos semper et muniat. P. Cō. Ab occultis meis munda me domine et ab alienis parce seruo tuo. Post cō.

Sumptis domine salutaribus sacramentis: ad redemptionis eterne quesumus proficiamus augmētuz

Epe Super populum. Oc cationem nostram quesum? domine benignus exaudi: et quibus suplicandi pre-

stas affectum: tribue defensi
onis auxilium. ℣. Feria ter/
tia ad sanctum laurētium in
Exaudi deus o/ damasum.
rationem meā et ne despe/
reris deprecationem meā intēde
in me et exaudi me. Psalmus.
Cōtristatus sum in exercitatione
mea et conturbatus sum a uoce
inimici ⁊ a tribulatōe peccatoris.
Sacre no Coll. Hēc patri
bis quesumus domine
obseruationis ieiunia: et pie
conuersationis augmentum
et tue propitiationis continu
um prestent auxilium. ℣. do/
minum nostrum iesum chri/
stuz filiuz. Lectio libri exodi.
In diebus illis: Locutus
est dominus ad moysen. di
cens. Descende de mōte: pec
cauit populus tuus quem e/
duxisti de terra egypti. Reces/
serunt cito de via quam ostē
disti eis: feceruntq; sibi vitu
lum conflatilem et adoraue/
runt. atq; immolantes ei ho/
stias dixerūt. Isti sunt dij tui
israel: qui te eduxerūt de ter/
ra egypti. Rursum q; ait do/
minus ad moysen. Cerno qd
populus iste dure cervicis sit:
dimitte me vt irascatur furor
meus contra eos et deleam
eos: faciam q; te in gentem
magnam. Moyses autem:
orabat dominum deum su/
um dicens. Cur domine ira/
scitur furor tuus contra popu
lum tuum quem eduxisti de/
terra egypti in fortitudīe ma
gna et in manu robusta: Ne
queso dicant egyptij: callide
eduxit eos vt interficeret in
montibus: et deleret de terra
Quiescat ira tua: et esto pla
cabilis super nequiciam popu
li tui. Recordare abraam: ysa
ac: et israel seruorum tuorum
quibus iurasti per temetipsū
dicens. Multiplicabo semē
vestrum sicut stellas celi: et
vniuersam terram hanc de
qua locutus sum dabo semini
vestro: et possidebitis eam
semper. Placatus q; est domi
nus ne faceret malum quod
locutus fuerat: et misertus ē
populo suo: dominus de⁹ no/
ster. Graduale. Erurge domi/
ne fer opem nobis et libera nos
propter nomen tuum. ℣. Deus
auribus nostris audiuimus pa/
tres nostri annunciauerunt nobis
opus quod operatus es in diebo
eorum in diebus antiquis. De/

In illo cundū iohannem: tempore: Jam die festo me diante: ascendit iesus in tem plum ⁊ docebat. Et mirabantur iudei dicentes. Quomō hic literas scit cum non didicerit: Respondit eis iesus: et dixit. Mea doctria nō ē mea sed eius qui misit me. Si qs voluerit voluntatē eius facere. cognoscet de doctrina vtr ex deo sit an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loquitur: gloriā ppriā querit. Qui autem querit gloriam ei⁹ qui misit illum: hic verax est ⁊ in iustitia in illo non est. Nōne moyses dedit vobis legem ⁊ nemo ex vobis facit legem: Quid me queritis īterficere Respondit turba et dixit. De monium habes Quis te querit interficere: Respondit iesus et dixit eis. Unum opus feci: et oēs miramini. Propterea moyses dedit vobis circumcisionez: nō quia ex moyse est sed ex patribus ⁊ in sabbato circumciditis hominem Si circumcisionez accipit homo in sabbato vt non soluatur lex moysi: mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato: Nolite iudicare secundum faciem sed iustum iudicium iudicate Dicebant ergo quidam ex ierosolimis. Nōne hic est quez querunt interficere: Ecce palam loquitur: ⁊ nihil ei dicūt Numquid vere cognouerunt principes quia hic est christus Sed hunc scimus vnde sit: christus aūt cū venerit nemo scit vnde sit. Clamabat ergo iesus docens in templo: et dicens. Et me scitis et vnde sū scitis: et a meipso non veni sed ē verus qui misit me. quē vos nescitis. Ego scio eum: quia ab ipso sum et ipse me misit. Querebant ergo eum apprehendere: et nemo misit in illum manus. quia nondū venerat hora eius. De turba autem multi crediderūt in eum. Off. Expectans expectaui dominū et respexit me et exaudiuit deprecatiōem meā et immisit in os meum canticum nouū ymHEc Sec. nuz deo nostro: hostia domine quesum? emundet nostra delicta et sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora menteszq sanctificet. Per dominū no.

Cõmuni. Letabimur in salutari tuo et in nomĩe domini dei nostri magnificabimur. Post cõ. Huius nos dñe pceptio sacramenti mũdet a crimine: et ad celestia regna perducat. Per dominum nostrũ iesum christum filium tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti de⁹ per oia secula seculoꝝ. Sup ppłm. Miserere domine populo tuo: et continuis tribulationibus laborantem ppitius respirare cõcede. Per dominum nostrũ iesum christum. Feria.iiii.ad sanctum paulum. Cum sanctificatus fuero in uobis congregabo uos de uniuersis terris et effundam super uos aquam mundam et mundabimini ab omnibꝰ inquinamentis uestris et dabo uobis spiritum nouum. ps̃ Benedicam dominũ in omni tempore sẽper laus eius in ore meo. Gloria patri et filio et spirituisancto. Dominus vobiscum. Oremus Deus flectamus genua qui et iustis premia meritoꝝ · et peccatoribus per ieiuniũ veniaꝫ prebes: miserere suplicibus tuis: vt reatus nostri confessio · indulgentiam valeat percipere delictoꝝ. Per dominum nostruꝫ iesum christuꝫ. Lectio ezechiel pphete. Hec dicit dñs deus. Sanctificabo nomen meum magnũ: vt sciant gentes qꝝ ego dominus cum sanctificatus fuero in vobis coram eis Tollam quippe vos de gentibus: et cõgregabo vos de vniuersis terris: et adducaꝫ vos in terram vestram. Et effundam super vos aquam mundam: et mundabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris et ab vniuersis ydolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis coꝝ nouum: et spiritũ nouum ponam in medio vestri Et auferam coꝝ lapideum de carne vestra: et dabo vobis coꝝ carneum: et spiritum meum ponam in medio vestri. Et faciam vt in preceptis meis ambaletis: et iudicia mea custodiatis et operemini. Et habitabitis ĩ terra quã dedi patribus vestris: et eritis mihi ĩ populum: et ego ero vobis in deum · dicit dominus omnipotens. Graduale. Venite filii audite me timorem domini doce.

bo uos. ℣. Accedite ad eũ et illu minamini ⁊ facies uestre nõ cõfũ dentur. Hic non repetatur do minus vobiscũ. sed oremꝰ fle/

OReſta que ctamꝰ genua ſumus omnps deus: vt quos ieiunia votiua caſtigãt ipſa quoq; deuotio ſancta le/tificet: vt terreni ſ affectibus mitigatis: facilius celeſtia ca piamꝰ. ℣. Lectio yſaie ꝓphe:

HEc dicit dñs deus. La/uamini mũdi eſtote: au ferte malũ cogitationum ve/ſtrarũ ab oculis meis. Quie ſcite agere puerſe: diſcite be/nefacere. Querite iudicium: ſubuenite oppreſſo · iudicate pupillo · defendite viduã · ve/nite ⁊ arguite me dicit dñs. Si fuerint peccata vra vt coc cinũ: quaſi nix dealbabunt. Et ſi fuerint rubra quaſi ver micul?: velut lana alba erũt. Si voluerítis et audieritis me: bona tre comedetis. Di cit dñs omnipotẽs. ℟. Bea ta gens cuius eſt dñs de? eius po pulus quẽ elegit dñs in hereditã ſibi. ℣. Verbo dñi celi firmati ſũt ⁊ ſpũ oris eius ois uirt? eorũ.

IN illo ℣cõm iohãnem. tpe: Preteriẽs ieſus vidit hominẽ cecũ a natiuitate: et interrogauerũt eũ diſcipuli ſui. Rabbi: quis peccauit. hic aut parẽtes ei? vt cec? naſce/retur: Rñdit ieſus. Neq; hic peccauit neq; parẽtes ei?: ſed vt manifeſtent opa dei ĩ illo Me oportet operari opa ei? qui miſit me: donec dies eſt. Venit nox: qñ nemo põt ope rari. Quãdiu in mũdo ſum: lux ſum mũdi. Hec cũ diriſſet expuit ĩ terrã ⁊ fecit lutum ex ſputo · ⁊ liniuit lutũ ſup oc̃los eius · ⁊ dixit ei. Vade laua in natatoria ſyloe: quod interp̃ tatur miſſus. Abiit ꝙ ⁊ lauit ⁊ venit vidẽs. Itaq; vicini ⁊ qui videbãt eum prius q? mẽ dicus erat: dicebãt. Nonne hic eſt qui ſedebat ⁊ mendica bat: Alĩ dicebãt quia hic eſt alĩ aũt nequaq; ſed ſimilis ẽ eius. Ille vero dicebat: quia ego ſum. Dicebãt ꝙ ei. Quõ apti ſũt tibi oculi: Reſpõdit. Ille hõ qui dicit ieſus lutuz fecit ⁊ vnxit oculos meos: ⁊ dixit mihi. Vade ad natato/riã ſyloe: ⁊ laua. Et abĩ: ⁊ la ui: ⁊ vidi. Et dixerũt ei. Vbi eſt ille: Ait. Neſcio. Addu/cũt aũt euz ad phariſeos: qui

cecus fuerat. Erat aũt sabba
tũ quãdo lutũ fecit ieſus: et
aperuit oculos eiꝰ. Iterꝝ ergo
interogabãt eũ phariſei: quõ
vidiſſet. Ille ãt dixit eis. Lu
tum poſuit mihi ſupꝝ oclos: ꝛ
laui ꝛ video. Dicebãt ergo ex
phariſeis quidã. Nõ ẽ hic hõ
a deo: q̃ ſabbatũ nõ cuſtodit.
Alij dicebãt. Quõ põt homo
peccatoꝝ hec ſigna facere? Et
ſciſma erat inter eos. Dicunt
ergo ceco iterꝝ. Tu quid dicis
de eo qui aperuit oculos tuos?
Ille autẽ dixit: qꝝ pphꝫeta eſt
Nõ credidert ꝙ iudei de illo
qꝝ cecus fuiſſet ꝛ vidiſſet? do
nec vocauert parẽtes eiꝰ qui
viderat ꝛ interogauert eos di
cẽtes. Hic ẽ filiꝰ vr̃ quẽ vos
dicitis qꝝ cecꝰ natꝰ eſt? Quõ
ergo nũc videt? Rñderũt eis
parẽtes eiꝰ: ꝛ dixert. Scimꝰ
qꝝ hic eſt filiꝰ nr̃. ꝛ qꝝ cecꝰ natꝰ
eſt. Quõ aũt nũc videat ne
ſcimꝰ: aut quis eiꝰ aperuit ocu
los nos neſcimꝰ. Ipm interro
gate. Etatẽ habet: ipe d̃ ſe lo
quat. Hec dixert parẽtes eiꝰ
quia timebãt iudeos. Jã enĩ
cõſpirauerãt iudei: vt ſi quis
eum cõfiteret̃ chriſtum extra
ſinagogã fieret. Propterea
parẽtes eiꝰ dixert: quia etatẽ
habet ipm interrogate. Vo
cauerunt ꝙ rurſuꝝ hoiem qui
fuerat cecꝰ: ꝛ dixerũt ei. Da
gloriam deo. Nos ſcimus: qꝝ
hic homo peccatoꝝ eſt. Dixit
ergo ille. Si peccatoꝝ eſt: ne
ſcio. vnũ ſcio: quia cecus cuꝝ
eſſem modo video. Dixerũt
ergo illi Quid fec̃ tibi? Quõ
aperuit tibi oculos? Reſpon
dit eis. Dixi vobis iã: ꝛ audi
ſtis. Quid iterꝝ vultis audire
Nunquid ꝛ vos vultis diſci
puli eiꝰ fieri? Maledixerunt
ei: ꝛ dixerunt. Tu diſcipulus
eius ſis: nos aũt moyſi diſci
puli ſumꝰ. Nos ſcimus quia
moyſi locutus eſt deus: hunc
autẽ neſcimꝰ vnde ſit. Reſpõ
dit ille homo: ꝛ dixit eis. In
hoc enĩ mirabile ẽ: quia vos
neſcitis vnde ſit et aperuit
meos oculos. Scimus autẽ
quia peccatoꝝ deꝰ nõ audit
ſed ſi quis dei cultoꝝ eſt et vo
luntatem eius facit hunc ex.
audit. A ſclo nõ ẽ auditũ: qꝝ
aperuit ꝙs oclos cecꝰ nati Niſi
eẽt hic a deo: nõ poterat facere
quicq̃. Reſpõderũt ꝛ dixerunt
ei. In peccatis natus es totꝰ
et tu doces nos? Et eiecerũt

eum foras. Audiuit ieſus q̄ eiecerũt eum foras: ⁊ cũ inue niſſet eum dixit ei. Tu credis in filium dei? Reſpondit ille et dixit. Quis eſt dñe vt credam in eum? Et dixit ei ie ſus. Et vidiſti eu? Et qui lo quitur tecum ipſe eſt. At ille ait. Credo dñe. Et proci dens: adorauit eu?. Offerto. Benedicite gentes dominum de um noſtrũ ⁊ obaudite uocem lau dis eius qui poſuit animam meã ad uitam et non dedit cõmoueri pedes meos benedictus domin? qui nõ amouit deprecationez me am et miſericordiam ſuam a me. Secreta. Uplices do/ mine te rogam?. vt his ſacrificijs peccata noſtra mũ dentur· quia tunc veram no/ bis tribuis mẽtis et corpris ſanitatem. Per. Cõmunio. Lutum fecit ex ſputo dominus ⁊ liniuit oculos meos ⁊ abii et laui et uidi et credidi deo. Poſt cõ. Sacramẽta que ſumpſi/ mus dñe deus no/ ſter ⁊ ſpiritalib? nos repleãt alimẽtis ⁊ corporalibus tueã tur auxilijs. P. Super pplm. Pateant aures miſeri/ cordie tue dñe pcibus ſupplicantium: et vt petenti/ bus deſiderata concedas? fac eos q̄ tibi ſũt placita poſtula re. p. Feria. v. ad scm̃ ſilueſtr

Letetur cor querentium do minum querite dominum et confirmamini querite faciem eius ſemper. p̄s. Confitemini do mino et inuocate nomen eius an nunciate inter gentes opera eius

Reſta queſu/ Collecta. mus omnipotens de/ us: vt quos ieiunia votiua caſtigant? ipſa quoq; deuotio ſancta letificet: vt terrenis af fectibus mitigatis? facilius celeſtia capiamus. Per do/ minum noſtrum ieſũ chr̃ſtũ filium tuum qui tecũ viuit.

In die Lectio libri regum. bus illis: Venit mulier ſu namitis ad helyſeũ virũ dei: in montem carmeli. Cumq; vidiſſet eã vir dei decontra: ait ad giezi puerũ ſuum. Ec ce ſunamitis illa. Vade ergo in occurſum eius· ⁊ dic ei. Re cte ne agitur circa te· et circa virum tuum· et circa filiũ tu um? Que reſpondit. Recte. Cumq; veniſſet ad virum dei in montẽ: apprehendit pedes ei?. Et acceſſit giezi: vt amo

uerat eam. Et ait homo dei. Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine est·et dominus celauit a me ⁊ non indicauit mihi. Que dixit illi. Nunquid petiui filium a domino meo: Nunquid non dixi tibi ne illudas me: Et ille ait ad giezei. Accinge lumbos tuos: et tolle baculum meum in manu tua et vade. Si occurrerit tibi homo nō saluteſ eum: et si salutauerit te quispiam non respondeas illi. Et pones baculum meum: super faciem pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dominꝰ ⁊ viuit anima tua: non dimittam te. Surrexit ergo: et secutus est eam. Giezi autem precesserat eos: ⁊ posuerat baculū sup faciē pueri: ⁊ non erat vox neq; sensus. Reuersusq; ē in occursum eius: ⁊ nunciauit ei dicēs Nō surrexit puer. Ingressus est ergo helyseus domū: ⁊ ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressus q; clausit hostium super se ⁊ sup puerum: ⁊ orauit ad dominū. Et ascēdit ⁊ incubuit sup puerū posuit q; os suū sup os eius· ⁊ oculos suos sup oculos eiꝰ et manus suas super manus eius. Et incuruauit se sup eū ⁊ calefacta ē caro pueri. At ille reuersus: deābulauit in domo semel huc ⁊ illuc. Et ascēdit ⁊ incubuit sup puerū: ⁊ oscitauit puer septies. aperuit q; oculos. Et ille vocauit giezei: dixitq; ei. Voca sunamitē hāc. Que vocata ingressa ē ad eū. Qui ait. Tolle filiū tuū. Venit illa: ⁊ corruit ad pedes eius adorauit super terrā Tulitq; filiū suū: ⁊ egressa ē Et heliseus reuersus ē in galgala. ℣. Respice dñe in testamentū tuū et animas pauperum tuorū ne obliuiscaris in finē. ℣. Exurge domine ⁊ iudica causam tuā memor esto obprobrii seruorum tuorum. Scōm iohannē.

In illo tpe: Cū audissent quidam de turba sermones iesu dicebant. Hic est vere pphēta. Alij dicebāt·hic ē christus. Quidam aūt dicebant. Nunquid a galilea christus venit: Nonne scriptura dicit quia ex semīe dauid·⁊ de bethleem castello vbi erat dauid venit christus: Dissensio itaq; facta est in turba: propter eum. Quidam autem ex ipsis

volebant apprehendere eum sed nemo misit super illū manus Venerunt ergo ministri ad pontifices.et phariseos: & dixerunt eis illi. Quare non adduxistis eum ? Responderunt ministri Nunq̄ sic locutus est homo: sicut hic loquitur. Responderunt ergo eis pharisei. Nunquid & vos seducti estis? Nūquid aliquis ex principibus credidit in eū aut ex phariseis? Sed turba hec que nō novit legem: maledicti sunt. Dicit nicodem? ad eos ille qui venit ad eum nocte: qui erat vnus ex ipsis Nunquid lex nostra iudicat hominem nisi audierit ab ipso prius et cognoverit quid faciat? Responderunt et dixerunt ei. Nunquid et tu galileus es? Scrutare et vide: quia prophęta a galilea non surgit. Et reversi sunt vnusquisq̄ in domum suam. Off. Domine ad adiuuādum me festina confundantur omnes qui cogitant seruis tuis mala. Bec. Vrifica nos misericors de?: vt ecclesie tue preces q̄ tibi grate sunt pia munera deferentes. fiant expiatis mentibus gratiores. Per dominum nostruz iesum christum filium tuū. Cōmunio. Domine memorabor iustricie tue solius deus docuisti me a iuuentute mea et usq̄ in senectam et senium deus ne derelinquas me. Celestia Post cōmunio dona capientibus. quesumus domine non ad iudicium prouenire patiaris? quod fidelibus tuis ad remedium prouidisti. Per dominū nrm Populi Super populū. tui deus institutor et rector? peccata quibo impugnatur expelle: vt semper tibi placitus? & tuo munimīe sit securus. Per dominum nostrum. Feria sexta ad scm eusebiuz. Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper domine adiutor meus et redemptor meus. ps. Celi enarrant gloriam dei et opera manuū eius annunciat firmamentum. Collecta. Deus qui ineffabilibus mundum renouas sacramentis? presta quesumus vt ecclesia tua eternis proficiat institutis? et temporalibo non destituatur auxilijs. Per dominum. Lectio libri reguz

In diebꝫ illis: Egrotauit filiꝰ mlieris mrisfamilie: ⁊ erat languoꝛ fortissimus. ita vt non remaneret in eo alti us. Dixit ergo ad helyam: Quid mihi et tibi vir dei? Ingressus es ad me vt reme moꝛarentur iniquitates mee et interficeres filium meum Et ait ad eaꝫ helyas. Da mihi filium tuum Tulitqꝫ eum de sinu illius: et poꝛtauit in ce naculum vbi ipse manebat· et posuit supeꝛ lectuꝫ suum· et clamauit ad dñm ⁊ dixit. Do mine deus meus: etiã ne vi duam apud quam ego vtcũqꝫ sustentoꝛ afflixisti· vt inter ficeres filium eius? Et eꝛpã dit se atqꝫ mensus est supeꝛ puerum tribus vicibus: cla mauitqꝫ ad dominum ⁊ dixit Domine deus meus: reuer tatur oꝛo anima pueri huius in viscera eius. Exaudiuit dominus vocem helye. Et reuersa est anima pueri in tra eum· ⁊ reuixit. Tulitqꝫ he lyas puerum ⁊ deposuit eum de cenaculo in inferioꝛem do mum. et tradidit matri sue. ⁊ ait illi. En viuit filius tuus. Dixitqꝫ mulier ad euꝫ. Nũc in isto cognoui quoniam vir dei es tu: et verbum domini in oꝛe tuo verum est. Gradu. Bonum est cõfidere in domino quam confidere in homine. ℣. Bonũ est speꝛare in domino quã speꝛare in principibus. Scõm In illo tempoꝛe Johannẽ. Erat quidam languens la zarus a bethania: de castello marie et marthe soꝛoꝛum eiꝰ Maria autem erat que vn xit dominum vnguento· et eꝛ tersit pedes eius capillis suis cuius fraꝛer lazarus infirma batur. Miserunt ergo soꝛo res eius ad eũ: dicentes. Do mine: ecce quem amas infir matur. Audiens autem ieſus dixit eis. Infirmitas hec nõ est ad moꝛtem: sed pꝛo gloꝛia dei· vt glorificetur filius dei peꝛ eum. Diligebat autem ie sus martham· et soꝛoꝛem eius mariam: ⁊ lazarum. Ut ergo audiuit quia infirmabatur: tunc quidem mansit in eodẽ loco duobus diebus. Dein de post hec: dixit discipulis su is. Eamus iuuideam iteruꝫ Dicũt ei discipli. Rabbi: nũc qꝛebant te iudei lapidare: et itez vadis illuc. Rñdit ieſus

Nonne duodecim hore sunt diei: Si quis ambulauerit in die non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte offendit: quia lux non est in eo. Hec ait: et post hoc dicit eis. Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius. Domine si dormit: saluus erit. Dixerat aũt iesus de morte eius: illi autẽ putauerunt quia de dormitõne somni diceret. Tunc ḡ dixit eis iesus mãifeste. Lazar' mortuus est: et gaudeo propter vos vt credatis quoniã non eraz ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo thomas qui dicitur didimus: ad condiscipulos. Eamus et nos: et moriamur cum eo. Venit itaqz iesus: et inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem bethania iuxta ierosolimam: quasi stadijs quindecim. Multi autez ex iudeis venerãt ad martham et mariam: vt consolarent eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quia iesus venit: occurrit illi. Maria autem: domi sedebat. Dixit ergo martha ad iesũ. Domine: si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio: quia quecunqz poposceris a deo: dabit tibi deus. Dicit ille iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio: quia resurget in resurrectione: in nouissimo die. Dicit ei iesus Ego sum resurrectio: et vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit viuet. Et omnis qui viuit et credit in me: nõ morietur in eternum. Credis hoc: Ait illi. Utiqz domine. Ego credidi quia tu es christus filius dei: qui in hunc mundum venisti. Et cum hec dixisset: abiit et vocauit mariam sororem suam silentio dicens. Magister adest: et vocat te. Illa vt audiuit: surgit cito et venit ad eum. Nondũ enim venerat iesus in castellũ: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei martha. Judei ergo q̃ erant cũ ea in domo et cõsolabantur eam. cũ vidissent mariam quia cito surrexit et exĩt secuti sunt eã dicentes. quia vadit ad monumẽtuz vt plo

ret ibi. Maria ergo cū venis
set vbi erat iesus: videns eū
cecidit ad pedes eius et dixit
ei. Dñe: si fuisses hic. nō essz
mortuus frater meus. Jesus
ergo vt vidit eam ploratez
et iudeos qui venerant cum
ea plorantes: fremuit spiritu
et conturbauit seipsum et di-
xit. Ubi posuistis euz: Dicūt
ei. Domine: veni et vide. Et
lachrimatus est iesus. Dixe-
runt ergo iudei. Ecce: quo-
modo amauit eum. Quidaz
aūt dixerunt ex ipsis. Nō po-
terat hic qui apperuit oculos
cecī facere vt et hic non mo-
reretur: Jesus ergo rursum
fremens in semetipso: venit
ad monumentum. Erat au-
tem spelunca: et lapis superpo
situs erat ei. Ait iesus. Tollite
lapidem. Dicit ei martha so-
ror eius qui mortuus fuerat.
Domine: iam fetet: quatri-
duanus enim est. Dicit ei ie-
sus. Nonne dixi tibi quoniā
si credideris videbis gloriaz
dei: Tulerunt ergo lapidem.
Jesus autem eleuatis sursuz
oculis: dixit. Pater: gratias
ago tibi: quoniaz audisti me
Ego autem sciebaz quia sem
per me audis: sed propter po-
pulum qui circunstat dixi vt
credant quia tu me misisti:
Hec cum dixisset voce ma-
gna clamauit. Lazare: veni
foras. Et statim prodijt qui
fuerat mortuus ligatus pedes
et manus institis: et facies il
lius sudario erat ligata. Di-
cit eis iesus. Soluite eum: et
sinite abire. Multi ergo ex
iudeis qui venerant ad mari
am et viderant que fecit: cre
diderūt in eum. off. Populū
humilem saluum facies domine
et oculos superboz humiliabis
quoniam quis deus preter te do

Munera. Secre. mine.
nos domine quesumꝰ
oblata purificent: et te nobis
iugiter faciāt esse placatū. p.
Cō. Videns dominus flētes so
rores lazari ad monumentum la
crimatus est corā iudeis et clama
bat lazare veni foras et prodiit liga
tis manibo et pedibo qui fuerat
quatriduanus mortuꝰ. Post cō.

Hec nos qs dñe pticipatō
sacri et a pnīs reatibo in
desinēter expediat: et ab oībo
tueat aduersis. p. Sup plin

Omnipotens qs oīps deꝰ: vt qui
infirmitatis nre pscq de

tua virtute confidimus: sub tua semp pietate gaudeam? ꝑ dñm. Sabbato ad sanctū Laurentium foris murum.

SItientes uenite ad aquas dicit dñs et qui non habe tis preciū uenite ⁊ bibite cū leti/cia. ps. Attendite populе me? le/gez meā incliate aurē uestrā i uer

LAt Colla. ba oris mei. Domine q̄s per gratiam tuaz fructuosus nostre deuo/tionis affectus: quia tūc no/bis proderunt suscepta ieiu/nia: si tue sint placita pietati ꝑ dñm. Lectio ysaie ꝓphete

HEc dicit dominus: In tempore placito exaudi/ui te: et in die salutis auxilia tus sum tui. Et seruaui te et dedi te in fedus ꝑpli: vt susci tares terram ⁊ possideres he reditates dissipatas. vt dice res his qui vincti sunt exite. et his qui in tenebris reuela mini. Super vias pascentur et in omnibus planis pascue eorum. Non esuriēt neq; siti ent: et nō p̄cutiet eos estus ⁊ sol: quia miserator eoz reget eos. et ad fontes aquaruz po tabit eos. Et ponam omnes montes meos in viam: et se mite mee exaltabuntur. Ecce isti delonge venient: et ecce illi ab aquilone ⁊ mari. et isti de terra australi. Laudate celi ⁊ exulta terra: iubilate mōtes laudē: quia ꝯsolatus est dñs populū suū. et paupum suoz miserebit. Et dixit syon. Reli quit me dñs: et dñs oblitus est mei. Nūquid obliuisci po test mlier infantē suuz. vt nō misereat filio vteri sui: Et si illa oblita fuerit: ego tam nō obliuiscar tui. Dicit dñs om nipotēs. Graduale. Tibi dñe derelictus ē pauper puppillo tu eris adiutor. ℣. Ut quid dñe re/cessisti lōge despicis i oportunita tibꝫ in tribulatōe dū superbit im pi? incēdit pauper. Sequentia sancti ioh̄is

IN illo tpe: Dicebat ihesus turbis iudeoz. Ego sū lux mūdi. Qui sequit me nō am bulat in tenebris: sed habebit lumē vite. Dixerūt ergo ei pha/risei. Tu de teipso testimoni/um phibes: testimoniū tuū nō est verum. Respondit ihesus: ⁊ dixit eis. Et si ego testimoni/um perhibeo de meipso. verū est testimonium meuz: quia scio vnde venio et quo vado Vos autez nescitis vnde ve

nio: aut quo vado. Vos secũ
dum carnem iudicatis: ego
non iudico quenquam. Et si
iudico ego. iudicium meum
verũ est: quia solus nõ sum.
sed ego et qui me misit pater
Et in lege vestra scriptum est
quia duorum hominũ testi-
monium verum est. Ego sũ
qui testimoniũ perhibeo de
meipso: et testimonium per-
hibet de me qui misit me pa-
ter. Dicebant ergo ei. Vbi ẽ
pater tuus? Respondit iesus
Neq; me scitis: neq; patrem
meum. Si me sciretis: forsi-
tan et patrem meum sciretis
Hec verba locutus est iesus
in gazofilacio: docens in tem
plo. Et nemo apprehendit eũ
quia necdũ venerat hora ei-
us. Offertorium. Factus est
dominus firmamentum meum
refugium meum et liberator me-
us sperabo in eum. Secreta.
Oblationibus quesumꝰ
domĩe placare suscep tis
et ad te nostras etiam rebel-
les compelle propitius volũ-
tates. Per dominũ. Cõmu.
Dominus regit me et nihil mihi
deerit in loco pascue ibi me collo
cauit super aquã refectionis edu-
cauit me. Post communio.
Hec nos quesumus do-
mine sancta purificent
et operationi sue perficiant es-
se placitos. Per dominũ no.
Deus. Super populum.
Qui sperantibꝰ in te mi-
sereri potius eligis quam ira
sci: da nobis digne flere ma-
la que fecimus: vt tue conso
lationis gratiã inuenire va-
leamus. Per dominum nostrũ
Dominica quĩta. In passio-
ne domini. Ad sanctũ petrum.
Judica me deꝰ et discerne cau-
sam meam de gente nõ sancta
ab homine iniquo et doloso eripe
me quia tu es deus meus et fortí
tudo mea. ps. Emitte lucem tuã
et ueritatem tuã ipsa me dedu-
xerunt et adduxerunt in montẽ san
ctum tuum et in tabernacula tua
Quesumus om Colla.
Omnipotens deus familiã
tuam propitius respice: vt te
largiente regatur in corpore
et te seruante custodiatur in
mente. Per dom. Ad hebreos
Fratres: Christus assi-
stens pontifex futurorũ
bonorum pamplius et pfecti
tabernaculũ nõ manufactum
idest non huiꝰ creatõis: neq;

per sanguinem hyrcorum aut vitulorum. sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta: eterna redemptione inuenta. Si enī sanguis hyrcorum et taurorū et cinis vitule asplus. inquinatos sanctificat ad emundationē carnis: quantomagis sanguis christi qui per spiritū sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo. emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis. ad seruiendum deo viuenti: Et ideo noui testamenti mediator est: vt morte intercedēte in redemptionem earum preuaricationum que erant sub priori testamento. repromissionem accipiāt qui vocati sunt eterne hereditatis. In christo iesu domīo nostro. Graduale. Eripe me domine de inimicis meis doce me facere uoluntatem tuam. ℣. Liberator meus domine de gentibus iracūdis ab insurgētibus i me exaltabis me a uiro iniquo eripies me. Tractus. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℣. Dicat nūc israel sepe expugnauerūt me a iuuentute mea. ℣. Etenim non potuerunt mihi supra dorsum meum fabricauerunt peccatores ℣. Prolongauerunt iniquitatem sibi dominus iustus concidet cervices peccatorum. Secundum Johannē In illo tempore: Dicebat iesus turbis iudeorum: et principibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato: Si veritatem dico: quare vos non creditis mihi: Qui est ex deo: verba dei audit. Propterea vos nō auditis: quia ex deo nō estis. Responderunt ergo iudei: et dixerunt ei. Nonne benedicimus nos quia samaritanus es tu. et demoniū habes: Respondit iesus. Ego demoniū non habeo: sed honorifico patrem meum. et vos inhonorastis me. Ego aūt nō quero gloriam meam: est qui querat et iudicet. Amen amen dico vobis: si quis sermonē meū seruauerit. mortē nō videbit in eternū. Dixerunt ꝙ iudei. Nūc cognouim⁹: quia demoniū habes. Abraham mortu⁹ est ⁊ pphete: et tu dicis. si qs sermonē meum seruauerit. nō gustabit mortē i eternū. Nūquid tu maior es patre nro abraham qui mortu⁹ est: Et p

phete mortui sunt. Quem te ipsum facis: Respõdit iesus. Si ego glificio meipsuz: gla mea nihil est. Est pater meus qui glificat me: quẽ vos dicitis q̃ deus nr̃ est. et nõ cognouistis eũ. Ego autẽ noui eũ. Et si dixero q̃ nõ scio eũ: ero similis vobis mendax. Sed scio euz: et sermonẽ ei⁹ seruo Abraha pat̃ vester exultauit vt videret diem meũ: et vidit z gauisus est. Dixerũt ḡ iudei ad euz. Quinquagita annos nondũ habes: et abraha vidisti: Dixit eis iesus. Amẽ amen dico vobis: antecz̃ abraham fieret ego suz. Tulerũt ergo lapides: vt iacerẽt in eũ Jesus autem abscondit se: z exiuit de templo. Offertoriũ. Confitebor tibi domine in toto corde meo retribue seruo tuo ut uiuam et custodiam sermones tuos uiuifica me secũdum uerbum tuum domine. Secreta: Hec munera dñe q̃sum⁹ et vicula nr̃e prauitatis absoluãt. z tue nobis miscõdie dona cõcilient. Per dominũ nostrum. Communio. Hoc corpus quod pro uobis tradetur hic calix noui testamenti ẽ in meo sanguine dicit dominus hoc facite quotienscunqz sumitis in meã cõmemoratõnem. Post cõmu. Adesto nobis dñe deus noster: et quos tuis mysterijs recreasti: ppetuis defẽde psidijs. Per dominuz no.

Feria secunda ad sanctũ gregorium.

Miserere mihi dñe qm̃ conculcauit me homo tota die bellãs tribulauit me. ps. Cõculcauerũt me inimici mei tota die qm̃ mlti bellantes aduersum me. Collecta: Sanctifica quesum⁹ dñe nostra ieunia z cũcta nobis propitius indulgentiã largire culparum. Per dominum. Lectio ione pphete. In dieb⁹ illis: Factũ ẽ verbũ dñi ad ionã pphetã scõdo dicẽs. Surge z vade i niniuẽ ciuitatẽ magnã: et pdica i ea pdicatõnem quã ego loquor ad te. Et surrexit ionas: et abijt i niniuẽ iuxta verbũ dñi Et niniue erat ciuitas magna: itinere dierũ triũ. Et cepit ionas introire i ciuitatẽ itinere diei vnius: et clamauit et dixit. Adhuc quadraginta dies: et niniue subuertetur. Et crediderũt viri nini-

uite in dño: et ꝓdicauerũt ie
iuniuz.et vestiti sunt saccis a
maiore usqꝫ ad minorẽ. Et ꝑ
venit verbũ ad regez niniue:
et surrexit de solio suo. ⁊ abie
cit vestimẽtũ suũ a se.et indu
tus ẽ sacco.⁊ sedit ĩ cinere.Et
clamauit ⁊ dixit in niniue ex
ore regis ⁊ principũ ei⁹ dicẽs.
Homies ⁊ iumẽta ⁊ boues ⁊
pecora.ñ gustẽt quicqꝫ nec pa
scãtur:et aquã nõ bibant.Et
opant saccis homines: et iu
mẽta clamẽt ad dñm in forti
tudine . Et cõuertatur vir a
via sua mala:et ab iniquita
te q̃ est in manibꝫ eoꝝ .Quis
scit si cõuertatur et ignoscat
deus.et reuertat a furore ire
sue et non peribimus: Et vi
dit deus opera eoruz:quia cõ
uersi sũt de via sua mala. Et
misertus est populo suo.dñs
deus noster.Grad. De⁹ exau
di oratõnẽ meam auribꝫ percipe
uerba oris mei ℣. Deus in noie
tuo saluũ me fac et in uirtute tua
iudica me. Secũdũ iohannez
In illo tpe: Miserũt prĩci
pes et phariseι ministros :
vt apprehẽderẽt iesuz. Dixit
ergo iesus . Adhuc modicuz
tempus vobiscũ sum: et va
do ad eũ qui misit me. Que
retis me ⁊ ñ inuenietis:⁊ ubi
sum ego vos ñ potestis veni
re. Dixerũt ḡ iudei ad semet
ipsos. Quo hic itur⁹ est.quia
nõ inueniem⁹ eũ: Nũquid in
dispsionẽ gẽtiũ itur⁹ est. ⁊ do
ctur⁹ gentes: Quis est hic ser
mo quẽ dixit.queretis me ⁊ ñ
inuenietis.et ubi sũ ego vos
nõ potestis venire. In nouissi
mo aũt die magno festiuita
tis: stabat iesus et clamabat
dicẽs.:Si quis sitit: veniat ad
me ⁊ bibat. Qui credit ĩ me:
sic dicit scriptura . flumĩa de
ventre eius fluẽt aque viue.
Hoc aũt dixit de spu quẽ ac
cepturi erãt: credẽtes in euz.
habere redemptorem. O beata nor que sola meruit scire tempus et horã. in qua christus ab inferis resurrexit. Hec nor ẽ. de qua scriptum ẽ. ⁊ nox ut dies illuminabitur. et nox illuminacio mea in deliciis meis. Hui⁹ igitur sanctificatio noctis fugat scelera. culpas lauat. ⁊ reddit innocẽtiam lapsis mestis letitiam Fugat odia concordiam parat. ⁊ curuat imperia. In huius igitur noctis gratia suscipe. **Hic mittitur incensum a cantore in cereo.** Sancte pater incensi huius sacrificium uespertinum. quod tibi in hac cerei oblatione solenni. per ministrorum manus de opibus apum sacrosancta reddit ecclesia. Sed iam columne huius preconia nouimus. quam in honorem dei rutilans. **Hic accenditur cereus a diacono** ignis accendit. Qui licet diuisus in partes. mutuati luminis detrimenta non nouit. Alitur enim liquantibus ceris. quas in substantiã preciose hui⁹ lampadis apis mater edurit. O uere brã nox. que expoliauit egiptios. ditauit hebreos. Nox i qua terrenis celestia. humanis diuina iunguntur. Oramus te domine. ut cereus iste in honorem nominis tui consecratus. ad noctis huius caliginẽ destruendã indeficiens perseueret. ⁊ in odorem suauitatis acceptus supernis luminaribꝰ misceatur. Flammas eius lucifer matutinus inueniat Ille inquã lucifer. qui nescit occasũ Ille qui regressus ab inferis. humano generi serenꝰ illuxit. Precamur ergo te domine. ut nos famulos tuos. omnem clerum ⁊ deuotissimum populum. una cum beatissimo papa nostro et antistite nostro. quiete temporũ concessa. in his paschalibus gaudiis cõseruare digneris. per dñm nostrũ iesum christum filium tuum. qui tecum uiuit et regnat in unitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorũ. amen. **Dñs hec legit sacerdos solus ad altare non dicat nõ tñ ibi oratiõz sed** In principio creauit deꝰ celũ ⁊ terrã. Terra aũt erat inanis ⁊ uacua: ⁊ tenebre erãt sup faciẽ abyssi. ⁊ spũs dei ferebat sup aquas Dixitqꝫ deꝰ Fiat lux. Et facta ẽ lux. Et uidit deꝰ lucẽ qõd eẽt bona: et diuisit lucem ac tenebras. Appellauitqꝫ lucem diem: et tenebras noctẽ. Factũ qꝫ est uespe ⁊ mane dies unꝰ.

Dixit quoq; de⁹. Fiat firma/
mentū in medio aquarū: ⁊ di
uidat aquas ab aquis. Et fe/
cit deus firmamētū: diuisitq;
aquas que erāt sub firmamē
to: ab his q̄ erant sup firma/
mentū. Et factū est ita. Uo/
cauit q; deus firmamētū: ce/
lum. Et factū est vespe ⁊ ma
ne: dies secundus. Dixit vero
deus. Cōgregētur aque que
sub celo sunt in locū vnū: et
appareat arida Factumq; est
ita. Et vocauit de⁹ aridā ter
ram congregationes q; aqua
rum appellauit maria. Et vi
dit de⁹ quod esset bonū: ⁊ ait.
Germinet terra herbā virētē
⁊ facientem semen: ⁊ lignum
pomiferū faciēs fructū iuxta
gen⁹ suū: cui⁹ semē in semet/
ipo sit sup terram. Et factū ē
ita. Et ptulit terra herbā vi/
rentem ⁊ ferentē semē iuxta
genus suū: lignumq; faciens
fructū: ⁊ habens vnūquodq;
sementē iuxta speciē suam Et
vidit de⁹ qd esset bonum: fa
ctūq; est vespe et mane dies
tertius. Dixit aūt deus. Fiāt
luminaria in firmamēto celi
et diuidant diē ac noctem: ⁊
sint in signa ⁊ tpa ⁊ dies ⁊ an
nos: vt luceant in firmamē/
to celi: et illuminent terram.
Et factum est ita. Fecit q;
deus duo magna luminaria
luminare maius vt pesset di
ei: ⁊ luminare min⁹ vt pesset
nocti. Et stellas. Et posuit eas
in firmamēto celi vt lucerent
sup terrā: ⁊ pesset diei ac no
cti: ⁊ diuiderēt lucem ac tene
bras. Et vidit de⁹ qd esset bo/
num: et factum est vespere et
mane dies quart⁹. Dixit etiā
deus. Producāt aque reptile
anime viuētis: ⁊ volatile su/
per terrā sub firmamēto celi
Creauitq; deus cete grand a
⁊ omnē animā viuētem atq;
motabilē quā produxerant a
que in species suas: et omne
volatile scōm genus suum.
Et vidit deus quod esset bo/
num: benedixit q; eis dicens
Crescite ⁊ multiplicamini: et
replete aquas maris: auesq;
multiplicent sup terrā. Et fa
ctū ē vespe ⁊ mane: dies qui/
tus. Dixit quoq; de⁹. Produ
cat terra animā viuentem in
genere suo: iumēta ⁊ reptilia
⁊ bestias terre scōm species su
as. Factumq; est ita. Et fecit
de⁹ bestias terre iuxta species

ſuas: iumenta ⁊ oñe reptile terre in genere ſuo. Et vidit deus qđ eſſet bonum: et ait. Faciamus hominē ad imaginem ⁊ ſimilitudinē noſtram: et p̄ſit piſcib⁹ maris ⁊ volatilib⁹ celi: et beſtijs vniuerſeq; terre: oñi q; reptili qđ mouetur in terra. Et creauit de⁹ hominē ad imaginē ſuā: ad imaginē dei creauit illū: maſculū ⁊ feminā creauit eos. Benedixitq; illis de⁹: ⁊ ait. Creſcite ⁊ multiplicamini: et replete terram ⁊ ſubicite eā: ⁊ dñamini piſcib⁹ maris ⁊ volatilib⁹ celi ⁊ vniuerſis animātib⁹ que mouent ſup terram. Dixitq; deus. Ecce dedi vobis omnē herbā afferentē ſemē ſup terram: ⁊ vniuerſa ligna que habent in ſemetip̄is ſementem generis ſui: vt ſint vobis in eſcam ⁊ cunctis animātibus terre: oñiq; volucri celi. ⁊ vniuerſis q̄ mouetur in terra: ⁊ in quib⁹ eſt anima viuens: vt habeāt ad veſcendū. Et factū eſt ita. Vidit q; de⁹ cūcta que fecit: ⁊ erant valde bona Et factum eſt veſpe ⁊ mane: dies ſextus. Igit̄ p̄fecti ſunt celi ⁊ terra: et oñis ornatus eor̄. Cōpleuitq; de⁹ die ſeptimo op⁹ ſuū qđ fecerat: ⁊ requieuit die ſeptimo ab vniuerſo ope qđ patrarat. Lectōe finita ſequit̄ collt. dicēda ſine dñs

Deus q̄ vobiſcū mirabilit̄ creaſti hoiem ⁊ mirabili⁹ redemiſti: da nobis q̄s cōtra oblectamēta pec cati. mētis ratiōe p̄ſiſtere: vt mereamur ad gaudia eterna puenire. P. Lectio. II.

Factū eſt in vigilia matutina: ⁊ ecce reſpiciens dñs ſup caſtra egyptior̄ p̄ columnā ignis et nubis: interfecit exercitum eor̄. ⁊ ſubuertit rotas curruū: ferebant̄ q; i p̄fundum. Dixerūt g̃ egyptij. Fugiam⁹ iſrl̄em: dñs enim pugnat p̄ eis cōtra nos. Et ait dominꝰ ad moyſen. Extēde manum tuā ſup mare: vt reuertantur aque ad egyptios ſup curr⁹ et equites eor̄. Cumq; extendiſſet moyſes manū cōtra mare: reuerſū ē p̄mo diluculo ad p̄ioꝛē locū. Fugiēt̄ib⁹ q; egyptijs occurrerunt aque: et inuoluit eos dñs in medijs fluctibus. Reuerſe q; ſunt aque: et operuerunt curr⁹ ⁊ equites cūcti exercit⁹

pharaonis qui sequentes ingressi fuerant mare: ne vnus quidem superfuit ex eis. Filij aũt israel pretierunt p̃ mediũ sicci maris: et aque eis erant quasi pro muro a dextris et a sinistris. liberauitq; dominus in die illa israelẽ de manu egyptioꝝ: et viderunt egyptios mortuos sup̃ litus maris: et manũ magnã quã exercuerat dominus cõtra eos. Timuit q; pp̃ls dñm: et crediderunt dño et moysi seruo ei⁹. Tunc cecinit moyses et filij isrl̃ carmẽ hoc dño et dixerũt. Tract⁹ Cantemus dño gloriose enim honorificatus est equũ et ascensorẽ proiecit in mare adiutor et protector factus est mihi in salutẽ. ℣. Hic deus me⁹ et honorabo eum deus patris mei et exaltabo eum ℣. Dñs cõterens bella dñs nomen est illi. Oratio Deus cuius antiqua miracula in presenti quoq; seculo choruscare sentimus: prãquesumus: vt sicut priore pp̃lm ab egyptijs liberasti: hoc ad salutem gentium p̃ aquas baptismatis operaris. Per Lec. III. Apprehendẽt septem mulieres virũ vnum i die illa: dicẽtes. Panem nostrũ comedem⁹. et vestimẽtis nostris operiemur: tantũmodo inuocetur nomẽ tuũ sup̃r nos aufer opprobrium nostrũ. In die illa erit germẽ dñi in magnificentia et gloria: et fruct⁹ terre sublimis: et exultatio his qui saluati fuerint de israel. Et erit omnis qui relict⁹ fuerit in syon. et residuus in ierusalẽ sanct⁹ vocabit̃: omnis qui scriptus est in vita in ierusalem. Si abluerit dñs sordẽ filiarum syon. et sanguinem ierusalẽ lauerit de medio ei⁹ spiritu iudicij et spiritu ardoris. Et creauit dñs sup̃r omnem locũ montis syon. et vbi inuocatus est. nubem p̃r diẽ et fumum et splendorẽ ignis flammãtis in nocte. Super omnẽ eni gloriã p̃tectio: et tabernaculũ erit in vmbraculũ diei ab estu: et in securitatem et absconsionem a turbine et a pluuia. Tract⁹. Vinea facta est dilecto in cornu in loco uberi ℣. Et maceriam circũdedit et circunfodit et plantauit uineam sorech et edificauit turrim in medio ei⁹. ℣. Et torcular fodit in ea uinea eni dñi sabaoth dom⁹ isrl̃ est

DEus qui nos Orem⁹. ad celebrãdũ paſchale ſacramentũ vtriuſq; teſtamẽ ti paginis inſtruis: da nobis intelligere miſericordiã tuã: vt ex ꝓceptiõe ꝑſentium mu neꝝ: firma ſit expectatio futurorũ. ℣. Lectio. iii. Hec eſt hereditas ſeruoꝝ dñi: & iuſticia eoꝝ apud me dicit dñs. Omñs ſitientes venite ad aquas: & qui non habetis argẽtũ: ꝓperate emite & comedite. Venite emite abſq; argẽto & abſq; vlla cõmutatiõe vinũ & lac. Quare appenditis argẽtum non in panibus & laborem veſtrũ non in ſaturitate: Audite audientes me & comedite bonñ: & delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Inclinate aurẽ veſtã & venite ad me: audite & viuet anima veſtra. Et feriã vobiſcũ pactũ ſempiternũ: miſericordias dauid fideliſ. Ecce teſtem ꝓpls dedi eũ: ducẽ ac ꝓceptorem gentibꝫ. Ecce gentẽ quã neſciebas vocabis: & gẽtes q̃ non cognouerũt te ad te current: ꝓpter dñm deũ tuũ & ſanctum iſrl̃ quia glorificabit te. Querite dñm dum inueniri poteſt: inuocate eũ dum ꝓpe eſt. Derelinquat impi⁹ viam ſuã & vir iniquus cogitationes ſuas: & reuertat̃ ad deũ et miſerebit̃ eius: et ad dñm noſtrũ quoniã multus eſt ad ignoſcendũ. Non enĩ cogitatiões mee: cogitatiões veſtre neq; vie mee vie veſtre dicit dñs: q⁹ ſicut exaltãt̃ celi a terra: ſic exaltate ſunt vie mee a vijs vr̃is: et cogitatões mee a cogitatiõibꝫ vr̃is. Et quomodo deſcendit ymber & nix de celo & illuc vltra nõ reuertitur: ſed inebriat terrã et infundit eam: et germinare eã facit: et dat ſemẽ ſerenti & panem comedẽti: ſic erit verbũ meũ qđ egrediet̃ de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum: ſed faciet quecũq; volui & ꝓſperabit̃ in his ad que miſi illud. Dicit dom⁹ oñps

DEus qui eccle Orem⁹. ſiam tuã noua ſemp gẽtium vocatione multiplicas concede ꝓpti⁹: vt quos aqua baptiſmatis abluis: cõtinua ꝓtectione tuearis. ℣. Tract⁹ Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarũ ita deſiderat anima mea ad te de⁹. ℣. Sitiuit anima

mea ad deum uiuũ quãdo ueniã et appareb ante faciẽ dei mei. ℣. Fuerũt mihi lacrime mee panes die ac nocte dũ dicit mihi p singulos dies ubi est de⁹ tu⁹. Ore. Concede qs oñips deus: ut q paschalia festa agimus: celestib desideriis accẽsi. fontẽ vite sitiamus. Dñs. Sequit letania. quã requite in fine libri hui⁹ Et sacerdos i vestiario casulã tantum deponẽs. i chorũ veniat. Et sacdos resũpta casula circa finẽ letanie: dum chorus incipit kyrieleyson. cũ ministris ad altare procedat. orationem et cõfessiõz faciat. t sic gla in excelsis pferat. Dñs vo. Ore. Deus qui hanc sacratissimã noctẽ gloria dñice resurrectionis illustras: conserua in noua familie tue progenie adoptionis spiritum quem dedisti. vt corpore t mẽte renouati: puram tibi exhibeant seruitutem. Per eundem. Dñs. in vnitate eiusdem. Fratres. Ad colossenses. Si conresurrexistis cũ christo que sursum sunt queri te: vbi christus est in dextera dei sedens Que sursum sunt sapite: non que super terram Mortui enim estis: et vita vestra abscõdita est cum christo in deo. Cum enĩ christus apparuerit vita vra: tunc et vos apparebitis. cum ipso in gloria. Alla. ℣. Confitemini domino qm bonus qm in seculũ misericordia eius. Tract⁹. Laudate dñm omnes gantes et collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius et veritas domini manet in eternũ. Sedm. In illo tpe: Ve/ matheum spe autẽ sabbati que lucescit i prima sabbati. venit maria magdalene et altera maria videre sepulchrum. Et ecce terremotus: factus est magnus. Angelus enim domini descendit de celo: et accedens reuoluit lapidem: et sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur: et vestimenta eius sicut nix. Pre timore autem eius exterriti sunt custodes: et facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus: dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enim quod iesum qui crucifixus est queritis. Non est hic

:Surrexit enim: sicut dixit. Uenite et videte locum: ubi positus erat dominꝰ. Et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit: et ecce precedit vos in galileā. Ibi eū videbitis: ecce predixi vobis. Hic nō dicit credo. Secreta

Suscipe dñe qs preces populi tui cum oblationibꝫ hostiarū. vt paschalibꝫ iniciata mysteriis. ad eternitatis nobis medelam te opante proficiant. P. Prefatio. Te qui dē dñe omi tempe. Require ante canonē. Intra actiōem Cōmunicantes et noctē sacratissimā. Hanc igit oblationē Require ante canonem Dax dñi dr sz nō agnꝰ dei. Post cō

Spiritū nobis dñe tue caritatis infūde: vt quos sacramētis paschalibꝫ satiasti tua facias pietate concordes. P eiusdē. In die scō pasche statō ad sctāz mariā ad pīsepe

Resurrexi et adhuc tecum sum alla posuisti sup me manū tuā alla mirabilis facta ē sciētia tua alla alla. ℣ Dñe probasti me et cognouisti me tu cogno. ses. meā et re. meā. Elia.

Deus qui hodierna die per vnigenitū tuū eternitatis nobis aditū deuicta morte reserasti. vota nostra q̄ p̄ueniēdo aspiras etiā adiuuādo pseqre. p eūd. Fratres: Ex Ad chorinthios purgate vt fermītū: vt sitis noua cōspsio sic estis azimi. Etenī pascha nr̄m: īmolatus est xps. Itaq; epulemur nō in fermēto veteri. neq; in fermēto malicie et nequicie: sed in azimis sinceritatis et veritatis. ℣. Hec dies q̄ fecit dñs exultem⁹ et letemur in ea. ℟. Cōfitemini dño qm̄ bonꝰ qm̄ in seculū misericordia eiꝰ. Alla. ℣. Pascha nostrū immolatꝰ est xps epulemur in azimis sinceritatis et veritatis. Scōm marcum.

In illo tpe: Maria magdalene. et maria iacobi et salome. emerūt aromata: vt veniētes vngerēt ih̄m. Et valde mane vna sabbatoꝝ veniunt ad monumētū orto iam sole. Et dicebant ad inuicem Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumti: Et respiciētes vident reuolutū lapidē Erat quippe magnus valde Et introeūtes in monumētū

viderunt iuuenem sedẽtem in dextris cooptum stola candida⁊ obstupuerũt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. Jesum queritis nazarenum crucifixum. Surrexit non est hic. Ecce locus vbi posuerũt eum. Sed ite dicite discipulis eius⁊ petro q̃ pcedit vos in galileam. Ibi eum videbitis: sicut dixit vobis. Off. Terra tremuit et quieuit dñ resurgeret in iudiciũ deus alla. Secre. Suscipe dñe q̃s preces populi tui cũ oblatiõibus hostiaꝝ. vt paschalib⁹ iniciata mysteriis. ad eternitatis nobis medelã te operante pficiant. P. Prefacio. Te quidẽ dñe oñi tempore. Quere ante canonem. Infra actiõem. Communicãtes et diẽ sacratissimũ celebrãtes resur. dñi Hãc igit oblatiõz. Quere an canone Que p totã ebdomadam repetãt cum pfatione. Te quidẽ dñe oñi. Cõ. Pascha nostrũ imolatus est xps alla itaq; epulemur in azimis sinceritatis⁊ ueritatis alleluia alla alla. Spiritũ nobis Post cõ. dñe tue caritatis infunde: vt quos sacramentis paschalib⁹ satiasti: tua facias pietate cõcordes. P eiusdem feria. ii. in albas. Statio ad Introdurit sanctũ petrum. Vos dñs in terrã fluẽtem lac⁊ mel alla et ut lex dñi semp sit in ore uestro alla alla. ps. Cõfitemini dño qm̃ bonus qm̃ in seculũ misericordia eius. Collect Deus qui solẽnitate paschali mũdo remedia cõtulisti pl̃m tuũ q̃s celesti dono psequere: vt⁊ pfectam libertatẽ cõsequi mereamur: ⁊ ad vitã pficiat sempitnã. P Ad hãc missam nõ dr coll. De⁹ q̃ hodierna die p vni. Lec. actuũ In diebus illis. Stãs apl⁹ petrus in medio plebis dixit. Viri frẽs: vos scitis qd factũ ẽ verbũ dñi per vniuersam iudeã incipiens enim a galilea post baptismũ qõ predicauit iohãnes iesũ a nazaret quomodo vnxit eũ deus spiritu sancto⁊ virtute. Qui pertransiuit benefaciendo et sanando oñes oppressos a diabolo quoniam deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium que fecit in regione iudeorũ⁊ ierusalẽ: quẽ occiderunt suspendentes in ligno.

hũc de⁹ ſuſcitauit tertia die
⁊ dedit eũ manifeſtũ fieri nõ
oĩ ppło·ſed teſtibꝫ pordina-
tis a deo·nobis qui mãduca
uim⁹⁊ bibimus cũ illo.poſtq̃
reſurrexit a mortuis. Et pre-
cepit nobis p̃dicare ppło ⁊ te
ſtificari:q⁹ ipſe eſt qui cõſtitu
tus eſt a deo iudex uiuorũ et
mortuoꝝ.huic oĩes pphete
teſtimoniũ phibent:remiſſio
nem peccatoꝝ accipe p nomẽ
eius:oĩs qui credũt in eum
℟. Hec dies. ℣. Dicat nũc iſ
rael qm̃ bonus qm̃ in ſeclm miſe
ricordia ei⁹. Alla. ℣. Nõne cor
noſtrũ ardẽs erat in nobis de ie-
ſu dõ nobis loqueretur in uia.

In illo tpe: ℟. cõm lucam.
Duo ex diſciplis ieſu ibãt
in caſtellũ qd̃ erat in ſpacio
ſtadioꝝ ſexagĩta ab ierlm:no
mine emaus.Et ipi loquebã
tur ad inuicẽ:de his oĩbꝫ q̃
acciderãt.Et factũ eſt dũ fa-
bularent⁊ ſecũ quererent:⁊
ipſe ihs appropinquans ibat
cũ illis.Oculi aũt illoꝝ tene
bantur:ne eum agnoſcerent
Et ait ad illos. Qui ſunt hi
ſermões quos cõfertis ad in
uicem.ambulãtes·⁊ eſtis tri
ſtes:Et reſpõdens vnus cui
nomẽ cleophas:dixit ei.Tu
ſolus pegrin⁹ es ĩ ierlm.⁊ nõ
cognouiſti q̃ facta ſũt in illa.
his diebꝫ:Quibus ille dixit.
Que:Et direrũt. De ihu na-
zareno:q̃ fuit vir pphęta po-
tens in ope⁊ ſermone coram
deo⁊ oĩ ppło.Et quõ eũ tra
diderũt ſummi ſacerdotes ⁊
pncipes nri ĩ damnatiõꝫ mor
tis:⁊ crucifixerũt eum. Nos
aũt ſperabam⁹:q⁹ ipe eſſet re
dempturus iſrael.Et nũc ſu-
per hec oĩa tertia dies ẽ hodie
quo hec facta ſunt. Sed
et mulieres quedã ex noſtris
terruerũt nos:que ante lucẽ
fuerũt ad monumẽtũ.Et nõ
inuento corpe ei⁹:venerũt di
cẽtes ſe etiã viſiõꝫ angelorꝝ
vidiſſe·qui dicũt eum viue-
re.Et abierũt quidam ex no
ſtris ad monumẽtum:⁊ et ita
inuenerũt ſicut mulieres di-
xerũt·ipſum vero nõ inuene-
runt.Et ipſe dixit ad eos.O
ſtulti et tardi corde ad credẽ-
dum:in oĩbꝫ que locuti ſunt
pphete. Nonne hec oportuit
pati chriſtum:⁊ ita intrare in
gloriam ſuam:Et incipiens
a moyſe et omnibꝫ pphetis:
interpretabatur illis in oĩbꝫ

scripturis que de ipso erant. Et appropinquauerũt castel lo quo ibant: et ipse se finxit longius ire. Et coegerunt il lum dicentes. Mane nobis cum quoniam aduespterascit et inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est dum recumberet cum illis accepit panem & benedixit ac fregit. et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum et co gnouerunt eum. Et ipse eua nuit ex oculis eorum. Et di xerunt ad inuicẽ. Nonne cor nostrum ardens erat in no bis dum loqueretur in via & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regres si sunt in ierusalem: et inue nerunt congregatos undeci et eos qui cum ipsis erant di centes. quod surrexit dñs vere. et apparuit symoni. Et ipsi narrabant que gesta erãt in via: et quomodo cognoue runt eum: in fractione panis

Offertorium. Angelus domi ni descendit de celo et dixit mu lieribus quem queritis surrexit sicut dixit alleluia.

Secre Suscipe quesumus dñe preces populi tui cum ob lationibus hostiarum ut pa schalibus iniciata mysteriis: ad eternitatis nobis medelã te operante pficiant. Per dñm nostrum iesum christũ.

Com. Surrexit dominus et ap paruit petro alleluia.

Post com Spiritum nobis domine tue caritatis infunde: ut quos sacramentis paschalibus satiasti: tua facias pie tate concordes. Per inmita te eiusdem.

Feria. III. Ad san Aqua sa **ctum paulum.** pientie potauit eos allelu ia firmabitur in illis et non fle ctetur alleluia et exaltabit eos in eternum alla alla. ps. Confitemi ni domino quoniam bonus quo niam in seculum misericordia ei?

Collecta Deus qui ecclesiam tuam nouo semp fetu multiplicas: concede fa mulis tuis: ut sacramentum viuendo teneant: quod fide perceperunt. Per dominum.

Lectio actuũ apostolorum In diebus illis: Surgens paulus. et manu silencium indicens ait. Viri fratres fi lii generis abraham. et qui in vobis timent deũ: vobis verbũ salutis huius missum est

Qui enim habitant ierusalē et principes eius: ignorantes iesum ⁊ voces ꝓphetarum q̄ p̄r oñe sabbatum leguntur iudicantes impleuerunt. Et nullam causam mortis inuenientes in eo: petierunt a pilato vt interficerēt eum. Cū q̄ cōsummassent omnia que de eo scripta erant: deponentes eum de ligno · posuerunt in monumento. Deus vero: suscitauit eū a mortuis. Qui visus est p̄r dies multos his qui simul ascenderant cum eo de galilea in ierusalē: qui vsq̄ nunc sunt testes ei⁹ ad plebem. Et nos vobis annūciamus eam que ad patres nostros repromissio facta est quoniam hanc deus adimpleuit filijs nostris: resuscitans iesum christum dominū nostrū · ℟. Hec dies. ℣. Dicant nunc qui redempti sunt a domino quos redemit de manu inimici de regionibus cōgregauit eos Alleluia. ℣. Stetit iesus in medio discipulorū suorū ⁊ dixit eis pax vobis ego sum nolite timere

In illo Secundum luca.

Ipse: Stetit ihs in medio discipulorum suorū: et dicit eis. Pax vobis. Ego sū: noli te timere. Cōturbati vero et conterriti: existimabāt se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis. et cogitationes ascendunt in corda vestra: Videte manus meas ⁊ pedes: quia ipe ego sum. Palpate ⁊ videte: q̄ spiritus carnem ⁊ ossa nō habet · sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus et pedes. Adhuc autem illis non credentibus et mirantibus p̄gaudio: dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur: At illi obtulerūt ei partem piscis assi: ⁊ fauum mellis. Et cum manducasset coram eis sumēs reliquias dedit eis · et dixit ad eos. Hec sunt verba que locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum: quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum: vt intelligerent scripturas. Et dixit eis. Quoniam sic scriptum est · et sic oportebat christum pati · et resurgere a mortuis die tertia: Et predicari in

nomine eius pñitentiam et remissionē pcatoꝝ in oīes gētes. Off. Intonuit de celo dñs ⁊ altissim⁹ dedit uocē suam ⁊ apparuerūt fontes aquarū alla. Suscipe dñe sī. Secreta. deliū pces cum oblationibꝫ hostiaꝝ. vt p hec pie deuotiōis officia ad celestē gloriā trāseam⁹. P. cō. Si conte surrexistis cū xpō que sursū sunt q̄rite alla ubi xps ē in dextera dei sedēs que sursū sunt sapite alla. Concede q̄s om. Post cō nipotēs de⁹: vt pascalis pceptio sacramēti: ꝑtinua in nīis mētibꝫ pseueret. P. Feria. iii. Ad scm̄ laurētium foris murū. Uenite bñdicti patris mei percipite regnū alla quod uobis paratū ē ab origine mūdi alla alla alla. Ps. Cātate dño cāticū nouū quia mirabilia deus qui nos. Coll. fecit. resurrectionis dñice annua solēnitate letificas: cōcede ꝙsumꝰ: vt p tpalia festa q̄ agim⁹: puenire ad gaudia eē na mereamur. P. ei⁹. Lectio In diebꝫ illis actuū apl̄oꝝ Sapiens petr⁹ os suū dixit Uiri israelite ⁊ q̄ timetis deū audite. De⁹ abraam et deus ysaac ⁊ de⁹ iacob: deus patrū nrōꝝ. glificauit filiū suū ih̄m quē vos q̄dē tradidistis ⁊ negastis ante faciē pilati iudicāte illo dimitti. Uos aūt scm̄ ⁊ iustū negastis: ⁊ petistis virum homicidā donari vobis Auctorē vero vite interfecistis: quē de⁹ suscitauit a mortuis. cui⁹ nos testes sum⁹. Et nūc frēs: scio q⁹ ꝑ ignorantiā fecistis. sic ⁊ pncipes vrī. De⁹ aūt qui pnunciauit ꝑ os oīm ꝓphetaꝝ pati xpm suū: implevit sic. Penitemī igit⁹ ⁊ cōuertimini: vt deleant⁹ vra pcata: Gr. Hec dies. ℣. Dextera domini fecit uirtutem dextera dñi exaltauit me. Alleluia: ℣. Surrexit dominus et occurrēs mulieribus ait auete tūc accesserunt et tenuerūt pedes ei⁹. T. iohm In illo tpe Manifestauit se iterū ih̄s discipulis suis ad mare tyberiadis: manifestauit autem sic. Erant simul symon petrus et thomas qui dicitur didimus et nathanael qui erat a chana galilee et filij zebedei: ⁊ alij ex discipulis eius duo. Dicit eis symō petr⁹. Uado piscari. Dicūt ei. Uenimus et nos tecum. Et

erierũt et ascẽderunt nauẽ: ⁊ illa nocte nihil prendiderunt Mane aũt iam facto · stetit ihs in litore: nõ tamẽ cognouerũt discipli quia ihs ẽ. Dicit ḡ eis ihs. Pueri: nũquid pulmentariũ habetis: Respõdert ei. Nõ. Dixit eis. Mittite in dexterã nauigiũ rete: ⁊ inuenietis. Misert ḡ: ⁊ iam non valebant illud trahere p multitudine pisciũ. Dicit ḡ discipls ille quẽ diligebat ihs petro. Dñs est. Symõ petrus cũ audisset q; dñs est: tunica succinxit se · erat enĩ nudus · ⁊ misit se in mare. Alij aũt discipli: nauigio venerũt. Non enĩ longe erãt a terra: sz quasi cubitis ducentis trahẽtes rete pisciũ. vt ergo descenderũt in terrã: viderũt prunas positas · ⁊ piscẽ suppositũ ⁊ panem. Dicẽ eis ihs. Afferte de piscibs: quos prẽdidistis nũc Ascẽdit symõ petrus: ⁊ traxit rete in terrã plenũ magnis piscibs cẽtũ quinquagita tribus. Et cũ tanti eẽnt: nõ est scissũ rete. Dicit eis ihs. Venite ⁊ prãdete. Et nemo audebat discũbentiũ interroga re eum tu quis es: scientes quia dñs est. Et venit ihs et accepit panẽ ⁊ dat eis: et piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est ihs discíplis suis: cũ resurrexisset a mortuis. **Off.** Portas celi aperuit dñs ⁊ pluit illis mãna ut ederent panẽ celi dedit illis panẽ angelorũ mãducauit homo alleluia

SAcrificia dñe pascalib gaudijs immolamus · quib ecclesia mirabiliter ⁊ pascitur ⁊ nutritur. **P. Cõ.** Christus resurgens ex mortuis iam nõ moritur alla mors illi ultra nõ dominabitur alla alla.

Ab omnib nos quesumus dñe vetusta te purgatos: sacramenti tui veneranda pceptio · in nouã transferat creaturam. **P** dominũ nostrum ihesum christũ. **Feria quinta ad apostolos.**

Dextricem manum tuam domine laudauerunt pariter alleluia quia sapientia aperuit os mutum et linguas infantiũ fecit disertas alleluia alleluia. **ps** Confitemini domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius. **Collecta.**

DEus qui diuersitatẽ gẽtiũ in pfessione tui nominis

adunasti: da vt renatis fonte baptismatis vna sit fides mentiū ⁊ pietas actionū. ℣. Le

IN diebꝰ octio actuū apl̄oꝝ illis: Angelꝰ dñi locutus ē ad philippū dicēs. Surge et vade cōtra meridianū ad viam que descēdit ab ierusalē in gazam: hec ē deserta. Et surgens abijt. Et ecce vir ethyops eunuchus potēs candacis regine ethyopū. q erat sup oīs gazas eius. venerat adorare in ierusalē: ⁊ reuertebatur sedēs sup currū suū. legens ꝙ ysaiam pphetā. Dixit aūt spūs philippo. Accede ⁊ adiunge te ad currū istum. Accurrēs aūt philippꝰ. audiuit illū legētē ysaiā pphetā: ⁊ dixit. Putas ne intelligis q legis. Qui ait. Et quō possū nisi aliquis ostenderit mihi: Rogauitq philippū: vt ascenderet ⁊ sederet secum. Locus aūt scripture hic erat quā legebat. Tanq ouis ad occisionē ductꝰ est: ⁊ sicut agnꝰ coram tōdente se sine voce. sic nō aperuit os suū. In humilitate iudiciū eiꝰ sublatū est: generatiōez eiꝰ quis enarrabit: Qm̄ tollet de terra vita eius

Rīdens aūt eunuchus philippo dixit. Obsecro te: d̄ quo pphēta dicit hoc. de se an de alio aliquo: Apiens aūt philippus os suū. et incipiēs a scriptura ista. euāgelizauit illi iesum. Et dū irēt p viā: venerūt ad quādam aquā. Et ait eunuchus. Ecce aqua. Quis prohibet me baptizari: Dixit āt philippus. Si credis ex toto corde: licet. Et respondēs dixit. Credo dei filiū esse iesum Et iussit stare currū. Et descēderūt vterq in aquā philippus et eunuchus: et baptizauit eum. Cū autem ascendissent d̄ aqua: spiritus dñi rapuit philippum. ⁊ amplius non vidit eum eunuchꝰ. Ibat autem p viā suam gaudēs: philippꝰ aūt inuentus est in azoto. Et ptrāsiēs euāgelizabat ciuitatibꝰ cūctis. donec veniret cesareā: nomē dñi nostri iesu christi. Ry. Hec dies. ℣. Lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli a dño factū ē istud ⁊ ē mirabile in oculis nostris. Allꝛa. ℣. Christꝰ resurgēs ex mortuis

IAM nō morit̄ mors illi ultra nō In illo tpe: Be. iohn dñabit̄

Maria stabat ad monume-
tū foris ploras. Dum ergo fle
ret inclinauit se et ꝓspexit in
monumētum: & vidit duos
angelos i albis sedētes. vnū
ad caput & vnū ad pedes. vbi
positū fuerat corpus ihu. Di
cunt ei illi Mulier: quid plo
ras? Dicit eis. Quia tulerūt
dnm meū: & nescio vbi posue
runt eum. hec cum dixisset:
cōuersa est retrorsū. Et vidit
ihm stārem. & nesciebat quia
iesus est Dicit ei iesus. Mu
lier quid ploras? Quem que
ris? Illa existimans q hortu
lanus eet: dicit ei. Dne si tu
sustulisti eū dicito mihi vbi
posuisti eum & ego eum tollā
Dicit ei ihs. Maria. Con
uersa illa: dicit ei. Rabboni
qđ dicitur magister. Dicit ei
iesus. Noli me tangere. Nō
dū enim ascēdi ad patrē meū
Vade autē ad frēs meos: et
dic eis. Ascendo ad patrem
meū & patrē vrm: ad deū me
am & deū vestrum. Venit ma
ria magdalene annuncians
discīplis. q vidi dnm & hec di
xit mihi. Off Indie solennita
tis uestre dicit dominus induca
uos in terrā fluētē lac & mel alla.

Suscipe qs dne Secre.
munera populorum tu
orum propitius vt confessio-
ne tui nominis et baptisma-
te renouati. sempiternam be
atitudinem consequantur. p.
Cō. Popls acquisitionis annū
ciate uirtutes eius alla qui uos
de tenebris uocauit in ammira-
bile lumen suum alleluia. Pcō
Gaudi domie preces no
stras: vt redemptionis
nostre sacrosancta cōmercia
et vite nobis conferant pre-
sentis auxilium ? et gaudia
sempiterna concilient. Per.
Feria serta ad sanctā mariā.
Aduxit eos dns ad mres.
in spe alla & inimicos eorū
operuit mare alla alla alla. ps At
tēdite pple me? legē meā inclina
te aurē uestrā in uerba oris mei
Omps sempitne ds Coll
q pascale sacrm in recō
ciliatiōis hūane federe cōtu
listi: da mētibo nris vt qō p-
fessiōe celebramus imitemur
affectu. p. Lec. eple: bti petri
Carissimi: Christ? sel apli.
p pctis nris mortu? e in
st? p iustis. vt nos offerret do
mortificatos qdē carne viui
ficatos aūt spū In quor his

qui in carcere erant speciali/
ter veniens p̄dicauit: qui in
creduli fuerāt aliquando· qñ
exp̄ctabat dei patiēcia in die
bus noe cū fabricaret archa·
in qua pauci idest octo aīe sal
ue facte sunt p̄ aquā. Quod
et vos nūc similis forme sal
uos facit baptisma: nō carnis
depositio sordiū· sed cōsciētie
bone interrogatio in deū: per
resurrectiōē dñi nr̄i iesu chri
sti: qui est in dextera dei. ℣. Hec dies. ℟. Benedictus qui ue
nit in noīe dñi deus dñs et illuxit
nobis. Alleluia. ℣. In die resur
rectionis mee dic̄ dñs precedam
uos in galileā. ℣. Scōm matheū
In illo tp̄e: Undecim disci
puli abierūt in galileā: in mō
tem vbi ordinauerat eis iesus.
Et videntes eū adoraverūt: q̄
daz aūt dubitauerūt. Et acce/
dens iesus: locut⁹ ē eis dicēs
Data ē mihi oīs potestas: in
celo et in terra. Euntes ergo do
cete oēs gētes: baptizantes
eos in noīe p̄ris et filij et spūs
sancti· docentes eos seruare
omnia quecūq; mādaui vo/
bis. Et ecce ego vobiscū sum
oīb⁹ diebus: vsq; ad cōsumma
tiōz secli. Off. Erit uobis hic
dies memorialis alla et die festū
celebrabitis solēnē dño in proge/
nies uestras legitimū sempiternū
diem alleluia alla alla. Secreta
Hostias q̄s dñe placat⁹
assume· quas et p̄ rena/
tor̄ exp̄iatōe p̄ccati deferim⁹
et p̄ acceleratiōe celestis auxi/
lij. P. Cō. Data ē mihi oīs po/
testas in celo et in terra alla eūtes
docete oīs gētes baptizātes eos
in noīe patris et filii et spūssci alla
Respice q̄s Post cō. alla.
dñe pplm tuū: et quem
eternis dignat⁹ es renouare
misteriis: a tpalibꝰ culpis di
gnāter absolue. p̄. Sabbato.
Audiuit do ad scm iohānē.
min⁹ pplm suū i exultatio
ne alla et electos suos in leticia al
leluia alla. ℣. Cōfitemini dño et
inuocate nomē ei⁹ ānūciate inter
Con/ Coll. gētes opera ei⁹.
cede q̄s oīps ds: vt q̄
festa paschalia venerādo egim⁹
p̄ hec cōtingere ad gaudia et
na mereamur. Le. eplē be
Caristimi: ati petri apli
Deponētes oēm mali/
ciā et omnē dolū· et simlatiōes
et inuidias: et oēs detractiōes
sic mō geniti infantes ratio/
nabiles sine dolo· lac cōcupi/

scite vt in eo crescatis in salutem: si tñ gustatis qñ dulcis est dñs ad quē accedentes lapidē viuū ab hoīb quidē reprobatū a deo aūt electū & honorificatū: et ipi tanq̄ lapides viui superedificamini domos spāles. sacēdotiū scm̄ offerre spāles hostias acceptabiles deo p ihesū christū. Propter qđ cōtinet scriptura. Ecce ponā in syon lapidē summū angularem electū pciosū: et oīs qui crediderit in eū nō cōfundet. Vobis ergo honor credētib: nō credentib aūt lapis quē reprobauerūt edificātes. hic factus ē in caput anguli Et lapis offensiōis & petra scādali: his q̄ offēdūt verbo nec credūt in quo & positi sūt Vos aūt gen⁹ electū. regale sacdotiū. gens sctā. pp̄s adquisitiōis: vt virtutes annūcietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumē suum. qui aliquando nō pp̄s: nūc aūt pp̄s dei. Qui nō consecuti misericordiā: nūc autē misericordiā cōsecuti. Alleluia. ℣. Hec dies quā fecit dñs exultem⁹ & letemur in ea. Alleluia. ℣. Laudate pueri dñm laudate nomē dñi sit nomē dñi benedictū ex hoc nūc & usq̄ in seclm. Scdm Iohānē. In illo tpe: Una sabbati maria magdalene venit mane cum adhuc tenebre eēnt ad monumētū: & vidit lapidē sublatū a monumēto. Cucurrit ergo et venit ad simonē petrū & ad aliū discipulū quē amabat ihesus: & dicit eis. Tulerūt dñm de monumēto: & nescim⁹ vbi posuerūt eum. Exiit ergo petr⁹ & ille alius discipulus: & venerunt ad monumētū. Currebant aūt duo simul: & ille alius discipulus pcucurrit citius petro. et venit prim⁹ ad monumētum Et cū se inclinasset: vidit linteamina posita. nō tamē introiuit. Venit ergo symō petrus sequēs eū: & introiuit in monumētū. Et vidit linteamina posita: & sudariū qđ fuerat super caput ei⁹ nō cū linteaminibus positū. sed separatim inuolutū in vnum locum. Tunc ergo introiuit et ille discipulus qui venerat prim⁹ ad monumētum: & vidit & credidit. Nōdum enī sciebat scripturam: quia oportebat eū a mortuis resurgere. Off. Ēndica⁹

qui uenit in noie dñi bñdixim⁹ uos de domo dñi de⁹ dñs et illu⁹ xit nobis allelui a alla. Secreta.

Concede qs dñe semper nos p hec mysteria pa⁹ schalia gratulari · vt cõtinua nre repatiõis opatio · ppetue nobis fiat cã leticie. P. Cõ.

Omnis qui i christo baptisati estis christũ induistis alla. Post cõ.

Redemptõis nre mune re vegetati: qs dñe · vt hoc ppetue salutis auxiliũ · fi⁹ des semp vera pficiat. P dñ.

Quasi Dñica post albas modo geniti ifãtes alla ra tionabiles sine dolo lac cõcupi⁹ scite alla alla alla. ps. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob

Resta qs oñps Coll: de⁹: vt qui paschalia fe sta pegim⁹: hec te largiente moribꝫ vita teneam⁹. P dñ.

Lec. epla: beati iohannis apli

Carissimi: Omne qđ na tũ est ex deo: vincit mũ dũ. Et hec ē victoria q̃ vincit mundũ: fides nra. Quis est aũt qui vincit mundũ · nisi q̃ credit qm̃ ihs ē fili⁹ dei: Hic est qui venit p aquã ⁊ sangui nẽ: ihs christus. Nõ in aqua solũ: sed in aqua ⁊ sanguine Et spũs ē qui testificat: qm̃ christus est veritas. Qm̃ tres sũt qui testimoniũ dãt in ter ra: spũs aqua et sanguis. Et tres vnũ sunt. Et tres sunt q̃ testimoniũ dant in celo: pa⁹ ter ⁊ filius ⁊ spũs scũs. Et hi tres vnũ sunt. Si testimoni um hominũ accipimus: testi moniũ dei maio⁹ est. Qm̃ hoc ē testimoniũ dei qđ maio⁹ ē: q̃ testificat⁹ ē de filio suo. Qui credit in filiũ dei: habet testi⁹ moniũ dei in se. Alleluia. v. Post dies octo ianuis clausis ste tit ihesus in medio discipl̃oꝝ suo rũ ⁊ dixit pax uobis. Alleluia. v. Surrexit dñs de sepulchro qui pro nobis pepẽdit in ligno. Se⁹

In illo ipe: cũdum iohem.

Cũ esset sero die illo · vna sabbatoꝝ. ⁊ fores essent clau se vbi erãt discipli cõgregati ꝓpter metũ iudeoꝝ: venit ihs ⁊ stetit in medio · et dicit eis. Pax vobis. Et cũ hoc dixisset ostẽdit eis man⁹ ⁊ latus. Ga uisi sunt ḡ discipli: viso dño Dixit ergo eis iter. Pax vo⁹ bis. Sicut misit me pr̃: ⁊ ego mitto vos. Hoc cũ dixisset: in sufflauit ⁊ dixit illis. Accipite spiritũ scũ. Quoꝝ remiseri⁹

tis ꝓccata remittũtur eis: et quorum retinueritis retenta sunt. ℙ Octauis die eiꝰ diuisio. Thomas aũt vnus ꝺ duodecim qui ꝺr didimꝰ: nõ erat cũ eis qñ vẽnit ihesus. Dixerũt ergo ei alĩ discipli. Vidimus dũm. Ille aũt dixit eis. Nisi videro ī manibꝫ eiꝰ fixurã clauoꝝ ⁊ mittã digitũ meũ in locũ clauoꝝ: et mittã manum meã ī latus eiꝰ: nõ credã. Et post dies octo: iterũ erãt discipli eiꝰ intꝰ. et thomas cũ eis Venit ihs ianuis clausis: et stetit ī medio ⁊ dixit. ℙ Pax vobis. Deinde dicit thome. Infer digitũ tuũ huc ⁊ vide manus meas. et affer manũ tuã ⁊ mitte in latus meũ: ⁊ noli eẽ incredulus sed fidelis. Rñ dit thomas: et dixit ei. Dñs meꝰ: et ꝺeꝰ meus. Dicit ei ihesus. Quia vidisti me credidisti: beati qui nõ viderũt ⁊ crediderũt. Multa quidẽ alia signa fecit ihs in ꝯspectu disciploꝝ suoꝝ que nõ sũt scripta ī libro hoc. Hec aũt scripta sũt vt credatis qꝫ ihs ẽ christus filiꝰ ꝺei et vt credẽtes vitã habeatis in noĩe eiꝰ. ℙ Off. Angelꝰ dñi descẽdit de celo et dixit mulieribus quẽ queritis surrexit sicꝫ dixit alla:

Suscipe munera qs ℙ Bec. dñe exultãtis ecclie ⁊ cui cãm tãti gaudij prestitisti ꝑpetuũ fructũ ꝓcede leticie. ℙ ℙ Prefatioꝝ ⁊ cõmunicãtes. et hanc ꝯ oblatioꝝ vt in die pasche. Cõ. Mitte manũ tuã ⁊ cognosce loca clauoꝝ alla ⁊ noli eẽ incredulus sed fidelis alla alla.

Quesumꝰ dñe ℙ Post cõ. ꝺeꝰ nr: vt sacrosca mysteria qꝫ ꝑ reparatiõis nre munimine ꝓtulisti: ⁊ pñs nobis remediũ eẽ facias ⁊ futuꝝ. ℙ Dñica pia post octa. pasche.

Misericordia dñi plena ẽ terra alla. uerbo dei celi firmati sunt alleluia alla. ℙ℟. Exultate iusti ī dño rectos decet col

Deus qui ℙ Coll. laudatio. in filij tui humilitate ia cẽtẽ mõm erexisti: fidelibꝫ tuis ꝑpetuã ꝓcede leticiam: vt quos ꝑpetue mortis eripuisti casibꝫ: gandijs facias sempiternis ꝑfrui. ℙ Deũ. ℙ Lec. eple:

Carissimi: bti petri apli. Christꝰ passus ẽ ꝑ nobis vobis relinquẽs exẽplũ: vt sequamini vestigia eiꝰ. Qui pec catũ nõ fecit: nec inuẽtus est dolus in ore eiꝰ. Qui cũ male

diceret: nõ maledicebat. Cũ
pateretur: nõ cõminabatur.
Tradebat aũt iudicãti se iu
ste: qui peccata nra ipe ptulit
in corpore suo sup lignum: vt
peccatis mortui iustície viua
mus. cui⁹ liuore sanati estis.
Eratis eni aliquãdo sic oues
errãtes: sed cõuersi estis nũc
ad pastorẽ & episcopũ: anima
rum vrarũ. Alla. ℣. Ego sum
pastor bonus & cognosco oues me
as & cognoscũt me mee. Alla. ℣.
Angel⁹ dñi descẽdit de celo & ac
cedens reuoluit lapidem et sede
bat super eũ & respõdẽs dixit mu
lieribꝫ quẽ queritis ille aũt dixe
rũt iesũ nazarenũ. Scõm iohã.
In illo tpe: Dixit ihs discí
pulis suis. Ego sum pastor
bon⁹. Bonus pastor: animã
suã dat ꝓ ouibꝫ suis. Mercẽ
nari⁹ & qui nõ est pastor: cuius
nõ sunt oues ꝓpie: videt lu
pũ veniẽtem: & dimittit oues
& fugit. Et lupus rapit & disp
git oues. Mercẽnari⁹ aũt fu
git quia mercẽnari⁹ ẽ: & non
ptinet ad eum de ouibꝫ. Ego
sum pastor bon⁹. Et cognosco
meas: & cognoscũt me mee.
Sicut nouit me pater: & ego
agnosco patrẽ: & animã meã
pono ꝓ ouibꝫ meis. Et alias
oues habeo que nõ sũt ex hoc
ouili: & illas oportet me addu
cere: & vocẽ meã audiẽt. Et fi
et vnũ ouile: et vnus pastor
Off. Deus deus meus ad te de
luce uigilo & in nõie tuo leuabo ma
nus meas alla.
Bene dictiõꝫ dñe nobis cõfe
rat salutarẽ sacra semp obla
tio: vt quod agit misterio vir
tute pficiat. ℘. Cõ Ego sũ pa
stor bonus alla et cognosco oues
meas & cognoscunt me mee alla
Deesta no⁹ ℘ost cõ alla.
Obis oñps ds: vt vtilifi
catiõis tue grãm cõsequẽtes
in tuo semper munere glorie
mur. ℘. Dñica scda post octa
Jubilate deo oĩs uas pasche
ra alla psalmũ dicite nomini
eius alla date gloriã laudi ei⁹ alla
alla alla. ℘s. Dicite deo q̃ terri
bilia sunt opera tua dñe in multi
tudie virtutis tue. Gloria. Coll'
Deus qui errãtibꝫ vt in
viã possint redire iusti
cie. veritatis tue lumẽ ostẽdis
da cũctis qui christiana ꝓfes
sione cẽsentur: & illa respuere
que huic inimica sũt nomini
& ea que sunt apta sectari. ℘
Lectio epistole bti petri apli.

Caríssimi: Obsecro vos tanq̃ aduenas ⁊ pegrinos abstinere vos a carnalibus desideriis que militãt aduersus aiam: cõuersatiõez vestrã inter gẽtes habentes bonã: vt in eo qd detrectãt d̃ vobis tanq̃ de malefactoribꝫ ex bonis opibꝫ vos cõsiderãtes glorificẽt deũ in die visitationis subiecti estote oĩ humane creature ꝓpter deũ: siue regi quasi ꝑcellenti: siue ducibꝫ tanq̃ ab eo missis. ad vindictam malefactorum. Laudẽ vero bonorum. Quia sic est volũtas dei: vt bñfaciẽtes obmutescere faciatis imprudẽtiã hominũ ignorãtiã. Quasi liberi ⁊ nõ quasi velamẽ habẽtes malicie libertatẽ: sed sicut serui dei. Oĩs honorate fraternitatẽ diligite. Deum timete: regem honorificate. Serui: subditi estote in omi timore dñis: nõ tm̃ bonis et modestis: sed etiam discolis. Hec ẽ enĩ grã. In christo ihũ dño nr̃o. Alla. ℣. Modicũ et nõ uidebitis me dicit dñs iterũ modicũ ⁊ uidebitis me q̃ uado ad patrẽ Alla. ℣. Surrexit pastor bonus qui posuit aiam suã pro ouibus suis ⁊ pro suo gregi mori di-

℣. Scõm iohem gnat' est. In illo tpe: Dixit ihs discipulis suis. Modicũ ⁊ iam non videbitis me: ⁊ iterũ modicũ ⁊ videbitis me: quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicẽ. Quid est hoc qd dicit nobis: modicũ et nõ videbitis me: ⁊ itez modicũ ⁊ videbitis me: ⁊ q̃ vado ad patrem. Dicebãt g̃. Quid ẽ hoc qd dicit modicũ nescim' quid loquit'. Cognouit aũt ihs q̃ volebãt eũ interrogare: ⁊ dixit eis. De hoc q̃ritis inter vos: q̃ dixi modicũ ⁊ nõ videbitis me: ⁊ iterum modicũ ⁊ videbitis me Amẽ amẽ dico vobis: quia ploxabitis ⁊ flebitis vos: mũdus aũt gaudebit. Vos autẽ cõtristabimini: sed tristicia vestra vertet' in gaudiũ. Mulier cũ parit tristiciã habet: q̃ venit hora ei'. Cum aũt pepererit puez: iã nõ meminit pressure ꝓpter gaudiũ q̃ nat' est homo in mũdũ. Et vos igit' nũc quidẽ tristiciam habetis Iterz aũt videbo vos: ⁊ gaudebit cor vr̃m. Et gaudiũ vestz nemo tollet a vobis. Off

Lauda aīa mea dñm laudabo dominū in uita mea psallā deo meo

His .Bec. quā diu ero alla. nobis dñe mysteriis cōferat quo frena desideria mitigantes discam⁹ amare celestia. ℣. Cō. Modicū et nō uidebitis me alla iterū modicū et uidebitis me q⁹ uado ad patrē alla

Sacramēta Post cō. alla que sumpsim⁹ qs dñe et spiritalibo nos instruāt alimentis: et corpalibo tueant auxiliis

Canta Dñica. III. is. ℣. te dño cāticū nouū alla q⁹ mirabilia fecit dñs alla añ cōspectū gētiū reuelauit iusticiā suā alleluia alla. ps. Saluauit sibi dextera ei⁹ et brachiū scm̄ ei⁹ Coll.

Deus qui fideliū mētes omni⁹ efficis voluntatis: da pplistuis id amare qđ pcipis id desiderare qđ promittis vt inter mūdanas varietates ibi nra fixa sint corda vbi vera sunt gaudia. ℣. Lec. eple.

Carissimi bti iacobi apli

Omne datū optimum et omne donū pfectū desursū est: descēdēs a pre luminū. Apud quē nō est transmutatio: nec vicissitudis obūbratio. Voluntarie enī genuit nos verbo veritatis: vt simus initiū aliqđ creature ei⁹. Scitis frēs mei dilectissimi. Sit aūt oīs hō velox ad audiēdū tard⁹ aūt ad loquēdū: et tard⁹ ad irā. Ira enī viri: iusticiā dei non opat. Propt qđ abicientes oēm immūdiciā et abūdantiā malicie in mānsuetudine suscipite insitū verbū. Qđ potest saluare: aias vras. Alle. ℣. Vado ad eū qui misit me sed q⁹ hec locut⁹ sū vobis tristicia ipleuit cor vestrum Alle. ℣. Steterit ieſus i medio discipulorū suorū et dixit eis pax vobis ego sū nolite timere. Scōm

In illo tpe: Dixit ioh̄ānē. ihs discipulis suis. Vado ad eum qui me misit: et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sz q⁹ hec locut⁹ sū vobis tristicia ipleuit cor vr̄m. Sed ego veritatē dico vobis expedit vobis vt ego vadā. Si enī nō abiero: paclit⁹ nō veniet ad vos. Si aūt abiero: mittā eū ad vos. Et cū venerit: ille arguet mundū de pccato et de iusticia et đ iudicio. De pccato quidē: q⁹ nō crediderūt in me. De iusticia vero: quia ad pēm vado et iā nō videbitis me. De iudicio aūt: quia

ꝓceps mũdi hui⁹ iudicat⁹ est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nõ potestis portare modo. Cũ ãt venerit ille spirit⁹ veritatis: docebit vos oẽm veritatẽ. Nõ enĩ loquet a semetipõ: sed quecũq; audiet loquet· & que ventura sũt annunciabit vobis. Ille me clarificabit: q⁹ d̃ meo accipiet & annũciabit vobis. Off. Jubilate deo uniuersa terra psalmũ dicite nomini ei⁹ uenite & audite & narrabo uobis oẽs qui timetis deũ quãta fecit dñs aie mee alla. Deus qui nos per Bec. Cuius sacrificij venerãda cõmercia vni⁹ summe diuinitatis ꝓticipes effecisti. pra qs vt sic tuã cognoscim⁹ veritatẽ· sic eã dignis moribꝫ assequamur. Ꝑ. Cõ. Dũ venerit paclitus spũs veritatis ille arguet mũdum de peccato & de iustitia & de iudicio alleluia alla. Post com. Adesto dñe de⁹ noster: vt quos hec que fidelit sumpsimus· & purgemur a vicijs: et a piculis oñibꝫ eruamur. Ꝑ Deum iocũ Dñica. IIII. Uditatis annũciate & audiat alla nũciate usq; ad extremũ terre liberauit dñs populũ suũ alla alla. Ps. Jubilate deo oñis terra psalmũ dicite nomini ei⁹ date glo Deus Coll. ria laudi eius. a quo bona cuncta pcedũt: largire supplicibꝫ. vt cogitem⁹ te inspirãte que recta sunt· & te gubernãte eadẽ faciam⁹. ꝑ. Le. epla btĩ iacobi apli Carissimi estote factores verbi & nõ auditores tã tũ· fallẽtes vosmetipos: q⁹ si quis auditor ẽ verbi et nõ factor· hic cõpabit viro ꝓsiderãti vultũ natiuitatis sue in speculo. Cõsiderauit enĩ se & abiit: & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autẽ pspexerit in lege pfecte libertatis & pmanserit nõ auditor obliuiosus factus sed factor opis: hic beat⁹ in facto suo erit. Si quis aũt putat se religiosum eẽ nõ refrenans linguã suã· sed seducens cor suũ: hui⁹ vana ẽ religio. Religio mũda & immaculata apud deũ & prẽm hec est visitare pupillos & viduas in tribulatiõe eor· & immaculatũ se custodire: ab hoc seclo. Alle. v. Usq; modo nõ petistis quicq; in nomie meo petite & accipietis. Alle. v. Surrexit dominus & occurrẽs mulieribꝫ ait auete

tunc accesserũt ⁊ tenuerũt pedes

In il' Scdm iohem. eius.

Illo tpe: dixit ihs discipulis suis. Amẽ amẽ dico vobis: si quid petieritis pẽm in noie meo dabit vobis'. Usq̃ mõ non petistis quicq̃ in nomie meo. Petite et accipietis vt gaudiũ vr̃m sit plenũ. Hec i puerbijs locut' sum vobis. Uenit hora cũ iã nõ in puerbijs loquar vobis: sed palã de pre annũciabo vobis. Illo die: in nomine meo petetis. Et nõ dico vobis: q; ego rogabo patrẽ de vobis. Ipe enĩ pr̃ amat vos: q; vos me amatis et credidistis q; ego a deo exiui Exiui a pre: ⁊ veni i mũdũ. Iterꝝ relinquo mũdũ: et vado ad pr̃em. Dicũt ei discipli eius. Ecce nũc palã loqueris: ⁊ puerbiũ nullum dicis. Nũc scimus quia scis oĩa ⁊ nõ opus est tibi· vt quis te interroget.. In hoc credim' quia a deo existi. Off. Bñdicite gẽtes dñm deũ nostrũ ⁊ obaudite uocẽ laudis ei' q̃ posuit animã meã ad uitã ⁊ nõ dedit cõmoueri pedes meos bñdictus dñs qui nõ amouit depcatiõem meã ⁊ misericordiã suã a me alleluia.

Suscipe dñe fi- Secre. deliũ pces cũ oblatõibꝫ hostiaꝝ· vt p hec pie deuotionis officia· ad celestem gl'am transeamus. P. Cõ. Cantate dño alleluia cãtate dño ⁊ bñdicite nomi ei' bene nũciate de die in diem salutare eis alleluia alleluia

Ribuenobis Post cõ. Odñe celestis mense virtute satiatis: ⁊ desiderare q̃ recta sũt· ⁊ desiderata pcipe. P In letania maiore. Ad sctm Exaudiuit de tem lauretiũ. plo scõ suo uocẽ meã alleluia ⁊ clamor me' in cõspectu eius introiuit in aures ei' alleluia alla ps. Diligã te dñe uirt' mea dñs firmamẽtũ meũ ⁊ refugiũ meũ et Re- Coll' liberator meus sta q̃s oĩps deus: vtq̃ in afflictiõe nr̃a de tua pieta te confidimus: ꝓtra aduersa oĩa· tua semp' ptectiõe muuiamur. p. Le. epl'e btĩ iacobi ap. Carissimi: Cõfitemini alterutrũ peccata vr̃a: et orate p inuicẽ vt saluemini Multũ enĩ valet: depcatio iusti assidua. Helyas hõ erat similis nobis passibilis: ⁊ oratiõe orauit vt nõ plueret sup terrã· ⁊ nõ pluit annos tres ⁊

mẽſes ſex. Et rurſum orauit
⁊ celũ dedit pluuias · et terra
dedit fructũ ſuũ. Si qs autẽ
errauerit ex vobis a veritate
⁊ cõuerterit quis eũ: ſcire de-
bet qm̃ qui conuerti fecerit pec-
catorẽ ab errore vie ſue. ſalua
bit aiam ei⁹ a morte. Et opit
multitudinẽ peccatoꝝ. Alla ℣
Cõfitemini dño qm̃ bon⁹ qm̃ in
ſeculũ miſericordia ei⁹. ℣. Lucã.
In illo tpe: Dixit ihs diſci
pl̃is ſuis. Quis vr̃m habe
bit amicũ · et ibit ad illũ me-
dia nocte ⁊ dicet illi. amice cõ
moda mihi tres panes · qm̃ a
mic⁹ me⁹ venit de via ad me
et nõ habeo qd̃ ponã añ illũ · ⁊
ille de int⁹ reſpõdẽs dicat nolt
mihi moleſt⁹ eẽ. iam hoſtium
clauſũ ẽ · et pueri mei mecum
ſũt in cubili · nõ poſſum ſurge
re et dare tibi: Et ille ſi ꝑſe-
uerauerit pulſãs: dico vobis ⁊
ſi nõ dabit illi ſurgens eo qd̃
amicus ei⁹ ſit: ꝓpter improbi
tatẽ tamẽ eius ſurget. et da-
bit illi quotqout hẽt neceſſa
rios. Et ego vobis dico. Pe
tite: et dabit vobis. Queri-
te ⁊ inuenietis. Pulſate: et
apiet vobis. Oĩs añt qui pe
tit accipit: ⁊ q̃ querit inuenit
et pulſanti apiet. Quis autẽ
ex vobis pr̃em petit panem:
Nũqd lapidẽ dabit illi: Aut
piſcẽ. Nunquid ꝓ piſce ſerpẽ
tem dabit illi: Aut ſi petierit
ouũ: nũquid porriget ei ſco-
pionẽ: Si ḡ vos cũ ſitis ma
li noſtis bona data dare filijs
vr̃is: quãto magis pat̃ veſter
de celo dabit ſpm̃ bonũ: petẽ-
tibꝰ ſe. Off. Confitebor dño ni
mis in ore meo ⁊ in medio multo
rũ laudabo eũ q̃ aſtitit ad dexterã
pauꝑis ut ſaluã faceret a ꝑſequẽ
tibꝰ animã meã alleluia. Secre.
Hec munera qs dñe. ⁊ vi
cula nr̃e prauitatis ab-
ſoluãt. ⁊ tue nobis miſericor-
die dona ꝓcilient. ℣. Cõ Pe
tite ⁊ accipietis querite ⁊ inuenie
tis pulſate ⁊ apiet uobis. oĩs enĩ
qui petit accipit ⁊ qui q̃rit inuenit
⁊ pulſanti apiet alla. Poſt com
Vota nr̃a qs dñe pio fa
uore ꝓſequere · vt dũ do
na tua ĩ tribulatiõe ꝓcepim⁹
de conſolatiõe nr̃a in tuo amo-
re creſcam⁹. ℣. In vigilia a-
Omñs gentes ſcẽſiõis dñi.
plaudite manibꝰ iubilate
deo in uoce exultatiõis alla alla
alla. ℣. Subiecit ꝑpl̃os nobis ⁊
gẽtes ſub pedibꝰ noſtr⁹ Alla Col

Reſta qs oñps de⁹ vt
nře mẽtis ꝛẽtio quo ſo
lẽnitatiſ vẽture glóſus auct⁹
ingreſſus ẽ ſemp intẽdat⁊ et
quo fide pgit⁹ uerſatiõe pue
niat. ℙ.eũdẽ. Ad epheſios.
Frẽs: Unicuiq; nr̃m da
ta ẽ grã: ſcõm mẽſurã
donatiõis xp̃i. ℙropt qđ dic̃
Aſcẽdẽs in altũ captiuã du-
xit captiuitatẽ: dedit dona ho
mib⁹. Qđ aũt aſcẽdit quid ẽ
niſi q⁹ ⁊ deſcẽdit primũ i ĩferio
ores ptes tre? Qui deſcẽdit
ipe ẽ ⁊ qui aſcẽdit ſup oẽs ce
los vt adimpleret oĩa. Et ipe
dedit quoſdã qdẽ apl̃os⁹ quoſ
dã aũt pphetas. alios vero eũ
geliſtas⁹ alios aũt paſtores et
doctores ad ꝯſummatiõez ſctõ-
rũ i opus miniſterij. in edifi-
catiõez corp⁹ xp̃i: donec oc-
curram⁹ oñs ĩ vnitatẽ fidei.
⁊ agnitiõis filij dei⁹ in virũ p
fectũ⁹ in mẽſurã etatis: pleni
tudinis chriſti. Alla. ℣. Oñs
gentes plaudite manib⁹ iubilate
deo i uoce exſultatiõis. ℣.iohem
In illo tpe: Subleuatis ie
ſus oculis ĩcelũ: dixit. ℙat
venit hora: clarifica filiũ tuũ
vt fili⁹ tu⁹ clarificet te. Sic̃
dediſti ei poteſtatẽ oĩs carnis
vt oñe qđ dediſti ei: det eis
vitã eternã. Hec ẽ aũt vita eẽ
na vt cognoſcãt te ſolũ vervm
deũ⁹ ⁊ quẽ miſiſti ih̃m chriſtũ
Ego te clarificaui ſup terrã:
opus ꝯſummaui qđ dediſti mi
hi vt faciã. Et nunc clarifica
me tu pater apud temetip̃m
claritate quã habui priuſq;
mũd⁹ eẽt apud te. Manife
ſtaui nomẽ tuũ hoĩb⁹: quos
dediſti mihi de mundo⁹ Tui
erãt: ⁊ mihi eos dediſti: ⁊ ſer
monẽ tuũ ſuaueꝛt. Nũc cog-
nouerũt q⁹ oĩa q̃ dediſti mihi
abs te ſũt: q⁹ verba que dedi
ſti mihi dedi eis. Et ipi accepe
rũt: ⁊ cognouerũt vere q⁹ a te
exiui⁹ ⁊ crediderũt q⁹ tu me mi
ſiſti Ego p eis rogo Nõ p mũ
do rogo: ſed p his quos dedi
ſti mihi q⁹ tui ſũt. Et mea oĩa
tua ſũt⁹ ⁊ tua mea ſũt: ⁊ clari-
ficat⁹ ſũ in eis. Et iã nõ ſum
in mũdo: ⁊ hi i mũdo ſunt. et
Qui pridie quam pateretur accepit panē in sanctas ac venerabiles man⁹ suas. eleuatis oculis in celum ad te deū patrē suum omnipotentē. tibi grās agens benedixit. fregit. dedit discipulis suis. dicens. Accipite ⁊ manducate ex hoc oēs. Hoc est enim corpus meū. Simili modo postea quā cenatum est accipiēs et hūc preclaꝝ calicē in sctās ac venerabiles man⁹ suas. itē tibi gratias agēs benedixit dedit discipulis suis dicens. Accipite ⁊ bibite ex eo oēs. Hic est enim calix sāguinis mei nouī et eterni testamēti mysteriū fidei qui pro vobis ⁊ pro multis effundetur in remissiōꝝ peccatoꝝ. Hec quotiens

cunqz feceritis.in mei memoriam facietis.

Unde et memores domine nos tui serui sz ꝛ plebs tua scā christi filii tui domini dei nostri btē passionis necnō ꝛ ab inferis resurrectiōis.sed ꝛ in celos gloriose ascēsionis offerim⁹ preclare maiestati tue de tuis donis ac datis.hostiā ✠ puram.hostiam ✠ sanctam.hostiā ✠ immaculatam.panem ✠ sanctū vite eterne et calicē ✠ salutis perpetue.

Supra que propitio ac sereno vultu respicere digneris.et accepta habere sicuti accepta habere dignat⁹ es munera pueri tui iusti abel.et sacrificiū patriarche nostri abrahe ꝛ quod tibi obtulit summus sacerdos tu⁹ melchisedech.sanctū sacrificiū.imaculatā hostiā

Supplices te rogamus omnipotens deus iube hec perferri per man⁹ sancti angeli tui in sublime altare tuum.in conspectu diuine maiestatis tue.vt quotquot ex hac altaris participatiōe sacrosanctū filii tui cor✠p⁹ ꝛ san✠guinē sumpserimus.omni benedi✠ctione celesti et gratia repleamur.per eundē christū dominū nostz

Memēto etiā domine famulorū famulaꝛqz tuaꝛ.ꝛ ꝛ qui nos preceſſerūt cū signo fidei et dormiūt in somno pacis. ꝛp⁹ ꝛ ōnibus in christo quiescentibus locū refrigerii lucis et pacis vt indulgeas deprecamur. per eūdē christū dominum nostrum.

Nobis quoqz peccatorib⁹ famulis tuis de multitudine mi

ſerationum tuarũ ſpe
rãtibus. parte aliquã
et ſocietatem donare
digneris cum tuis ſan
ctis apoſtolis ⁊ marti
ribus. cum. Eoh̃ane.
Stephano. Mathia.
Barnaba Ignatio A
lexandro Marcellino
Petro. Felicitate Per
petua. Agatha. Lu
cia Agna Cecilia A
naſtaſia. ⁊ cum omni
bus ſanctis tuis. In
tra quorum nos cõſor
tiũ non eſtimator me
riti. ſz̃ venie queſum⁹
largitor admitte. per
Christũ do. noſtr̃.
Per quẽ hec omnia
domine ſemper bona
creas. ſanctificaſ. vi
uificas benedicis
et preſtas nobis. per
ipſum ⁊ cum ipſo
⁊ in ipſo eſt tibi deo
patri omnipotẽti in
vnitate ſpũſſancti ois
honor et gloria.
Per omnia ſecula ſe
culorum. Amen. Ore
mus. Preceptis ſalu
taribus moniti. ⁊ divi
na inſtitutiõe formati
audem⁹ dicere. Pater
noſter qui es in celis
ſanctificetur nomẽ tu
um. Adveniat regnũ
tuũ. Fiat voluntas tua
ſicut in celo ⁊ in terra
Panẽ noſtr̃ quotidia
num da nobis hodie.
Et dimitte nobis debi
ta noſtra ſicut ⁊ nos di
mittimus debitoribus
noſtris. Et ne nos in
ducas in temptatiõez
Sed libera nos a ma
lo. Amen.
Libera nos queſu
mus domine ab omni
bus malis. preteritis
preſentibus ⁊ futuris
et intercedẽte beata ⁊
gloriosa ſemper virgi
ne dei genitrice Maria
et beatis apoſtolis tu
is Petro ⁊ Paulo atq̃
Andrea cũ omnibus
ſanctis. da propitius

pacem in diebus nostris. vt ope misericordie tue adiuti. et a peccato simꝰ semper liberi. et ab omni perturbatione securi. per eũdem dominũ nostrũ ihesum christũ filiũ tuũ. Qui tecum viuit et regnat deus in vnitate spiritus sancti. Per omnia secula seculorum. Amen Oratio domini nostri ihesu christi fiat michi et omnibus sumẽtibus salus mentis et corporis et ad vitam eternã

Hec sacrosancta cõmixtio corporis et sanguinis domini nostri ihesu christi fiat michi et omnibus sumẽtibus salus mentis et corporis et ad vitam eternã promerẽdam et capessendam preparatio salutaris. amẽ Antequã accipiat corpus et sanguinẽ

Domine ihesu christe fili dei vivi qui ex voluntate patris. cooperante spiritu sancto per mortẽ tuã mundũ vivificasti. libera me queso per hoc sacrosanctũ corpus et sanguinẽ tuũ et a cunctis iniquitatibus meis. et ab vniuersis malis. et fac me tuis semper obedire mãdatis et nũquã in perpetuũ a te separari permittas Qui vivis et reg. deꝰ.

Placeat tibi scã trinitas vnꝰ deꝰ obsequiũ seruitutis mee et pra vt hoc sacrificiũ qđ indignꝰ oculis tue maiestatis obtuli tibi sit acceptabile mihi qꝫ et oĩbꝫ pꝓ qbꝫ illud obtuli sit te miserãte ꝓpitiabile. Qui Meritis et dñ oscuaꝫ altare pcibꝫ istoꝝ et oĩm scõꝝ suoꝝ misereatur nri oĩps dñs A

Oratio sci ambrosij mediolañ epi ante missã dicẽda.

Summe sacerdos ⁊ vere põtifex qui te obtulisti deo pa tri hostiã viuã ⁊ imaculatã in ara crucis p nobis miſis pec catoribꝫ. quiq; dedisti nobis carnẽ tuã ad mãducãdũ. ⁊ sã guinẽ tuũ ad bibendũ ⁊ posui sti mysteriũ istud in virtute spũssancti tui dicẽs: hec quo tiẽscũq; feceritis in mei me moriã facietis· rogo p hãc mi ram ⁊ inenarrabilẽ caritatẽ qua nos miseros ⁊ indignos sic amare dignat⁹ es· vt laua res nos a pctis nostris in san guie tuo· dce me indignũ ser uũ tuũ quẽ inter cetera dona tua etiã ad officiũ sacerdota le vocare dignat⁹ es nullis me is merit⁹. sz sola dignatõe mie tue dce me qso p spz scm̃ tuũ tantũ tractare mysteriũ ea re uerẽtia ⁊ honore. ea deuotiõe ⁊ timore qbꝫ optet ⁊ decet. fac me p grãm tuã semp illud de tãto mysterio credere ⁊ intel ligere. sentire ⁊ firmit⁹ retine re dicere ⁊ cogitar̃. qđ tibi pla cet ⁊ expedit aie mee. Intret spũs tu⁹ bon⁹ in cor meũ q̃ so net ibi sine sono. ⁊ sine strepi tu verboꝝ loquat⁹ oẽm verita tẽ tantoꝝ mysterioꝝ. Profũ da quippe sũt nimis ⁊ sacro te cta velamie. Propt̃ magnam clemẽtiã tuã ꝯcede mihi mis sarũ solẽnia puro corde ⁊ mũ da mẽte celebrare. Libera cor meũ ab imũdis ⁊ nefãdis. va nis ⁊ noxijs cogitatõibꝫ Du ni me btõꝝ angeloꝝ pia ⁊ fi da tutela. atq; fortissima cu stodia. vt hostes oim bonorũ ꝯfusi discedãt. P virtutẽ tã ti mysterij ⁊ p man⁹ scti angeli tui repelle a me ⁊ a cũctis seruis tuis diriſſimũ spm̃ sup bie ⁊ cenodoxie inuidie ⁊ blas phemie. fornicatõis. ⁊ imũdi cie. dubietatis ⁊ diffidentie. Cõfũdãt⁹ qui nos psequunt⁹, peãt illi q̃ perdere cũcta festi nãt. Rex virginũ amator. ca stitatis ⁊ integritatis ds. cele sti rore bñdictõis tue extigue in corpe meo totũ fõtẽ arden tis libidinis. vt maneat i me tenor toti⁹ castitatis corpis et aie. Mortifica i mẽbris meis carnis stimulos. oñes q̃ libi diosas cõmotiões· ⁊ da mihi verã ⁊ ppetuã castitatẽ· cũ ce teris bonis tuis q̃ tibi placẽt i veritate. vt sacrificiũ laudis

casto corpe⁊ mũdo corde quo
tidie valeã tibi offerre quãta
enĩ cordis ꝓritõe ⁊ lacrimaꝝ
fõte. quãta reuerẽtia ⁊ tremo
re. quanta corpis castitate ⁊
aie puritate. istud diuinũ ⁊ ce
leste sacrificiũ ẽ celebrãdũ dñe
vbi caro tua ĩveritate sumit̃.
vbi sanguis tu⁹ ĩ veritate bi
bit̃. vbi ima sũmis ꝯiungũt̃.
vbi adest pñtia scõꝝ angeloꝝ
vbi tu es sacdos ⁊ sacrificiũ
mirabilit̃ ⁊ ineffabilit̃: Quis
digne hoc celebrare poteſt ni
si tu oĩps de⁹ offerẽtẽ feceris
dignũ. Scio ⁊ vere scio. ⁊ id
ipm bonitate tue ꝓfiteor. qõ
nõ sũ dign⁹ accedere ad tãtũ
mysteriũ ꝓpt̃ nimia pcta mea
⁊ infinitas negligẽtias meas
Sz scio ⁊ veracit̃ credo ex to
to corde meo. corde credo. ore
ꝓfiteor. q⁹ tu potes me facere
dignũ q̃ sol⁹ potes facere mũ
dũ de imũdo ꝯceptũ semie. ⁊
de pctõribꝫ iustos facis⁊ scõs
P hãc oĩpotentiã tuã te ro
go ꝯcede mihi pctõri hoc ce
leste sacrificiũ celebrare cũ ti
more ⁊ tremore cũ cordis pu
ritate ⁊ lacrimaꝝ fõte cũ leti
cia spiritali ⁊ celesti gaudio.
Gẽtiat mens mea dulcedinẽ
btissime pſẽtie tue ⁊ excubiaſ
scõꝝ angeloꝝ tuoꝝ in circũitu
meo. Ego ei mẽor venerande
tue passiõis accedo ad altare
tuũ licet pccator, vt offerã ti
bi sacrificiũ q̃ tu instituisti ⁊
offerri ꝑcepisti ĩ cõmemorati
one tua, p salute nr̃a. pcto cle
mẽtiã tuã vt descẽdat sup pa
nẽ ⁊ calicẽ plenitudo tue diui
nitatis. Descẽdat etiã dñe il
la scispũs tui inuisibilis incõ
phẽsibilisq̃ maiestas sic quõ
dã in patrũ hostias descende
bat. qui ⁊ oblatiões nostras
corpus et sanguinem tuum
efficiat. ⁊ me idignũ sacdotẽ
tuũ doceat tãtũ tractare my
steriũ. cũ cordis puritate ⁊ la
crimaꝝ fõte cũ reuerẽtia ⁊ tre
more ita vt placide ac benigne
suscipias sacrificiũ d̃ manibꝫ
meis ad salutẽ oĩm tã viuoꝝ
quã defũctorum. Rogo te do
mine per ipsum sactosanctũ
mysterium corporis et sangui
nis tui quo quotidie in eccle
sia tua pascimur et potamur.
abluimur ⁊ sanctificamur. at
q̃ vni⁹ sũme diuitatis partí
cipes efficimur. da mihi virtu
tes tuas scãs quibꝫ repletus
bona conscientia ad altare

tuū accedā. ita vt hec sacra/
menta celestia efficiātur mi/
hi salus et vita. Tu enī dixi/
sti ore tuo sancto et bñdicto.
Panis quem ego dabo caro
mea est pro mundi vita. Qui
māducat me ꝑter me et ipse
manet in me et ego i eo. Ego
sum panis viu⁹ qui de celo de
scēdi. Si quis manducauerit
ex hoc pane viuet in eternū.
Panis dulcissime sana pala
tum cordis mei vt sentiā sua
uitatē amoris tui. Sana eū
ab omni languore vt nullam
preter te sentiat dulcedinem
nullū ꝓter te querat amorem
nullā ꝓter te amet pulchritu/
dinē. Panis candidissime ha
bēs omne delectamentū et om
nem sapōrē qui nos semp refi
cis et in te nūq̄ deficis come/
dat te cor meū et dulcedīe sapo
ris tui repleātur viscera ani/
me mee. Q̄ Dāducat te ange
lus pleno ore mauducet te pe
grinus homo p modulo suo
ne deficere possit in via tali re
creat⁹ viatico. Panis scē. pa
nis vine. panis pulcher. panis
mūde. q̄ descēdisti ō celo et das
vitā mūdo. veni in cor meū et
munda me ab omī inquina/
mēto carnis ac spūs. Intra i
animā meā. sana et scifica me
interi⁹ et exteri⁹. Esto tutamē
et ꝯtinua sal⁹ corpis et aīe mee
Repelle a me insidiātes mihi
hostes. Recedāt procul a potē
tia tue ꝑsentie vt foris et int⁹
munit⁹ p te recto tramite ad
regnū tuū pueniā. vbi nō in
mysteriis sic hoc tpe agit. sed
facie ad faciē te videbim⁹ cū
tradideris regnū deo et patri
et erit de⁹ oia in oībus. Tunc
eni me de te satiabis satieta/
te mirifica. ita vt neq̄ esuriā
neq̄ sitiā in eternum. Amē.

Suscipe cōfessiōz meā vnica
spes salutis mee dñe de⁹ me⁹
Bula. ebrietate. fornicatōe. li
bidīe. tristicia. ira accidia. som
nolentia. negligētia. cupidita
te. inuidia. malicia. odio. ōtra
ctōe. piurio. falsitate mēdatō
vana gl'a. leuitate supbia ava
ricia pdit⁹ sū et oīno cogita/
tiōe. locutiōe actiōe. atq̄ oīb⁹
sensib⁹ extict⁹. Sed tu q̄ viui
ficas impios et resuscitas mor
tuos. iustifica me et resuscita
me domine de⁹ meus p ihm
xpm filiū tuū dominū nostrū
qui fact⁹ est p nobis et p salu

Confessio eiusdē.

te mũdi obprobriũ hominũ
& abiectio plebis: & tecũ & cũ
spũsco viuit & regnat de⁹. ℙ.
Mapologia ei⁹ quotidia
nis delictoꝝ nr̃oꝝ recor
datõe cõmoniti te deũ indul
gẽtie deprecamur: vt quicquid
dicto facto. cogitatiõe pctm̃
est. siue lubrice etatis impul
su. siue ignorãtie errore cõmis
sum ẽ. pietas dñi nr̃i ieſu xp̃i
resoluere ac indulgere digne
tur. qui tecũ & cũ spũsco viuit
et regnat de⁹. ℙ oĩa se. sclor
Ordo ad induẽdũ se vestime
tis sacẽdotalibꝫ ĩ primis dicat
sacerdos. Adiutoriũ nr̃m in
Aures Coll. noie dñi. Qui.
tue pietatis mitissime de⁹ ꝑci
bus meis inclina. & gr̃a scisspi
rit⁹ illumina cor meũ. vt tuis
misteriis digne mistrare vale
Dñe de⁹ cui ꝓpriũ Alia am. p
est saluare & nullũ pdere p in
tercessiõz oim sctõꝝ tuoꝝ sis
obsecro ꝓpitꝰ mihi peccatori
vt quicqd iniquitatis vl̃ pctĩ
ego impi⁹ negligẽter peccaui
tu pi⁹ supler deposco clemẽter
Cõscias nr̃as Alia. ignoscas.
qs dñe visitãdo purifica vt
veniẽs ihs christ⁹ fili⁹ tu⁹ dñs
nr̃ paratã sibi in nobis inue
Actiões Alia niat mãsionẽ.
nostras qs dñe aspirãdo p̃ue
ni et adiuuãdo ꝓsequere vt
cũcta nr̃a opatio a te semp in
cipiat & p te incepta finiat. p
xp̃m dñm nr̃m. Deide voles
Exue me do se induere dicat
mine veterẽ hominẽ cũ acti
stus suis. Et indue me nouũ
hoiem qui secũdũ deũ creat⁹
ẽ in scitate iusticie & veritatis
Pone Oñ ponit amictum.
dñe galeam salutis in capite
meo ad expugnãdas & supan
das dyabolicas cafuas. ℙ.
Dealba me dñe et Ad albã.
a delicto meo munda me. vt
cũ his qui stolas suas lauerũt
in sanguie agni gaudijs ꝓfrui
Pre Ad cĩgulũ merear celi.
cinge dñe cĩgulo fidei & vir
tute castitatis lũbos corporis
mei. & extingue in eis ardorẽ
libidinis vt iugiter maneat ĩ
eis tenor toti⁹ castitatis. ℙ.
Portare me Ad maniplum.
rear dñe maniplum deuota
mente cũ cordis exultatione
quatinus cum electis tuis
portionem habeam in requie
sempiterna. ℙ. Ad stolam.
Redde mihi dñe stolã ĩmorta

litatis quã pdidi ĩ ꝓuaricatõe
primi parentis. ⁊ qꝛ cũ hoc oꝛ
namẽto accedo ꝙuis indignꝰ
ad tuũ scm̃ ministeriũ. prã vt
cum eo letari mereat in ppe/
tuũ p xp̃m. Oñ induit casulã
Dñe ihu xp̃e qui dixisti disci
pulis tuis iugũ meum suaue
est ⁊ onꝰ meũ leue: presta vt
sic illud portare valeam qua/
tinus tuã possim cõsequi gra/
tiã. Qui vivis. Añ ꝓcessiõez
Veni scẽspiritus ⁊c̃. postea se
signans dicat. In nomine pa
tris ⁊ filij ⁊ spũssancti amen
Confiteoꝛ deo. beate marie ⁊
omnibꝰ scis et tibi frater vel
vobis frẽs qꝛ peccaui nimis.
cogitatione. locutiõe et ope.
mea culpa Ideo precoꝛ te oꝛa
vl̃ vos oꝛatẽ p me. Respõ. Mi
sereatur tui vl̃ vr̃i oñps deꝰ.
et dimitat tibi vel vobis oĩa
pccã tua vl̃ vr̃a liberet te vel
vos ab oĩ malo. ꝓseruet ⁊ cõ/
firmet in oĩ ope bono. ⁊ pdu/
cat ad vitã eternam Amen.
Indulgentiã ⁊ remissiõez om
niũ pctõꝝ nostoꝝ tribuat no
bis oñps ⁊ mĩricoꝛs dñs añ
Adiutoꝛiũ nostrũ in nõie dñi
Qui fecit celum et terram.
Oꝛemꝰ. Deinde incurꝰ añ
altare dicat. Pater nr̃. Aue
maria. postea erigẽs se osculet
altar̃ ⁊ se signãs dicat. Aufer
a nobis dñe cũctas iniq̃tates
nr̃as vt mereamur puris mẽ
tibꝰ ĩtr oire ad scã scoꝝ. p xp̃m
Oñdictio vini ĩ die sci iohãnis euãgeliste. Initiũ sci euã
gelij scd̃m iohem. In pncipio
erat verbum ⁊c̃. Añ. Valde
honorãdus ẽ beatus iohannes q̃
supra pectꝰ dñi in cena recubuit.
℣. Libauit illũ dñs pane uite ⁊
itellectꝰ ⁊ aqua sapie sa. porauit il/
leꝰ ⁊ pr̃ dñi nr̃i ihu Collũ.
xpi cuiꝰ ꝓbo celi firmati sũt ⁊
oĩs creatura defuit. ⁊ oĩs pote
stas subiecta ẽ ⁊ metuit ⁊ expa
uescit nos te ad auxiliũ inoca
mꝰ cuiꝰ audito noĩe serpẽs ꝓq̃
escit. draco fugit. vipa silet. ⁊
subita illa rana ĩq̃eta torꝑescit
Ecoꝛpiꝰ extinguit regulꝰ vicit
squalãgꝰ nihil noxiũ opat̃ et
oĩa venẽata adhuc fortia ꝛpẽ/
tia ⁊ aialia noxia frebũt̃ tu ex
tingue oẽs diabolice fraudis
hũano generi aduersãtes ne/
q̃cias. ⁊ hũc liquoꝛẽ vini p int̃
cessiõz scĩ iohãnis apli ⁊ euã/
geliste tua virtute bene ✠di
cas. et omnes ex eo gustan/
tes meritis et precibꝰ omni/
um scoꝝ tuoꝝ interuentibꝰ
ab oĩ malo custodiat ⁊ ad re/

gnū glorie tue pducat tua mi
sericordia vbi par ē et leticia
sēpiterna in secla seclorz amē.
Deus q aplō tuo iohā Coll.
ni speciali amoris priuilegio
secreta celestia pādere digna
tus es· z in vltima cena sup
pect' tuū recūbēs: effluētiam
euāgelice veritatis de eiusdē
sacratissimi pectoris tui fōte
potauit. quicz illi denicz i cru
ce pēdēs matrē vginē vgini
cōmēdasti· te dne supplicit de
pcamur vt hūc potū dextera
tue maiestatis bn̄ ✠ dicere z
sci ✠ ficare digneris vt sit oi-
bus sumtibz sanitas aīe z cor
pis z ptra oia aduersa seu pi
cla stabile firmamētū z q i tua
pietate confidūt intcedēte btis
simo aplo z euāgelista maio-
ris effectū pfilegij cōsequat
Et bn̄dictio ✠ dei pris oipotē
tis z ✠ filij z ✠ spūsci descē
dat sup hāc creaturā vini z su
per oēs eā sumētes Al. Alia
One de' omps ihu xpe· qui ex
quicz panibz z duobz piscibz
quicz milia hoim satiasti: z i
chana galilee vinū ex aqua fe
cisti q es vitis vera: mltiplica
sup fuos tuos mificordiā pie
tatis tue: quēadmodū fecisti
cū pribz nris in tua sperātibz
miscōia· z bn̄ ✠ dicere z sci ✠
ficare digneris hāc creaturā
vini: quā ad substātiā seruo
rū tribuisti vt vbicūcz ex hac
creatura vini fusū fuerit: vl a
quolibet potatū bn̄dictionis
tue opulētia repleat: vt ex ea
accipientibz cum grāz actiōe
sci ✠ ficet in viscerib eorū.
Saluatorz mūdi. Qui vivis
z regnas. zc. Bn̄dictio dei pa
tris omnipotētis ✠ z filij ✠ et
spūsci ✠ descēdat sup hūc li-
quorē vini amē. Bn̄dictio pa
Bn̄ ✠ dic nis in die pasche.
dne creatuā istā panis sic bn̄
dixisti quicz idefto vt oēs gu
stātes ex eo p virtutē scē ✠ cru
cis scissimecz virgis marie tā
corpis cz aīe pcipiāt sanitatē
De' q in cha Bn̄dictio vini.
na galilee signo admirabili a
quā in vinū cōuertisti ꝓcede p
virtutē scē crucis tue: vt illō
eadē fide a nobis pcōribz bn̄
dictū spuāli bn̄ ✠ dictione re
pleat corda ex eo gustātiū
Bn̄dictō agni paschal. z alia
De verū agnū. te rū carniū.
solum inocētem: te vnū sine
peccati alicui' macla sacerdo
tem vocibz devotissimis oīs
inuocam' vt isti' agni sive cu
iuscūcz aialis sit caro Al. texe

ro deo ⁊ viuo creata be ✠ ne
dicas bñdictõe celesti. vt q̃cũ
q̃ ex illis in tuo noĩe gustaue
rit tuo sãguĩe ꝓtra diabolũ ꝺ
fensi salubr̃ viuãt in pturba
tiõe mũdi ⁊ feliciter pueniãt
ad pclaras festiuitates sempi
terne requiei. Qui cũ deo pre

Alia bñdictio agni et carniũ.

Deus vniuerse carnis q̃ noe
⁊ filiꝭ suis ꝺ mũdis ⁊ immũ
dis aialibꝫ pcepta dedisti· qui
q̃ vt olera herbarũ hũano ge
neri quadrupedia mũda ede
re pmisisti. qui i egipto moysi
et pplo tuo in pascha agnũ co
medere pcepisti i figurã agni
imaculati dñi nr̃i ihu chr̃isti
cui⁹ sanguĩe oĩa ꝓgẽtia i ti
bi ꝺ mũdo redimisti· ⁊ i nocte
illa oẽ primogenitũ i egypto
pcuter̃ pcepisti suas pplm tu
um agni sanguĩe pnotatũ· di
gnare q̃ oĩps de⁹ bene ✠ di
cere ⁊ sci ✠ ficare has carues
agni vl̃ cuiusq̃ aialis vt qui
q̃ ex pplis tuis fidelibꝫ ex eis
cõederit oi bñdictõe celesti ⁊
gr̃ã tua saturati repleãt i bo
nis p xpm.

Bñdictio auiũ et

De⁹ q̃ vniuerse es cõ reptiliũ
ditor̃ creature· q̃ inf̃ ceteras di
uersar̃ creaturar̃ spes huma
no generi auiũ ⁊ reptiliũ ge
n⁹ pducere dignat⁹ es ꝺ quo
noe egressũ ex archa holocau
stũ tibi offerre placuit· ⁊ pplm
tuũ mũdũ ab imundis segre
gãs eder̃ pcepisti· te supplices
exoram⁹ oĩps de⁹. vt has crea
turas mũdar̃ carniũ ac diuer
sar̃ auiũ seu aialiũ bñ ✠ dice
re ⁊ sci ✠ ficar̃ digneris. vt q̃
cũq̃ ex eis sũpserit· bñdictõis
tue habũdãtia repleãt̃. atq̃
et nevite pascua iuenir̃ mere
ant̃. ℣. Bñdictõ casei placẽ
tarũ tortar̃ ⁊ similiũ ex caseo

Dignare q̃s dñe oĩps factor̃
de⁹ bñ ✠ dicere ⁊ sci ✠ ficare
hãc creaturã casei quã ex adi
pe aialiũ pducer̃ dignat⁹ es vt
quicũq̃ ex pplis tuis fidelibꝫ
comedrit oi bñdictõe celesti ⁊
gr̃a tua satiati repleant̃ in bo
nis. ℣. Benedictio ouor̃um.

Subueniat dñe q̃s tue bñdi
ctõis gr̃a huic ouor̃ creature
de q̃ pullos gallinar̃ dignat⁹
es ꝓpagare: vt cibꝫ salutaris
fiat tuis fidelibꝫ i tuar̃ actõe
gr̃ar̃ sumẽtibꝫ. ℣. Bñdictio

Bñ ✠ dic dñe cre/ad quecũq̃
aturã istã vt sit remediũ salu
bre generi hũano ⁊ pr̃a p̃ inuo
catiõ⁹ nois tui· vt quicũq̃ ex
ea sũpserit corpis sanitate et
aie tutelam pcipiant. ℣ w.

Dñica prima post pētecosten

Benedicta sit scta trinitas atq; idiuisa unitas. confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiā suā. ℣. Benedicamus patrem ⁊ filium cum sctō spu.

Omni. Colle. ritu. Elia.

Optēs sempiterne deus. qui dedisti famlis tuis ī cōfessiōe vere fidei eterne trinitatis gl̄am agnoscere: ⁊ in potētia maiestatis adorare vnitatem: qs vt eiusdē fidei firmitate ab omnib; semp munia mur aduersis. p. Ad chorinthi.

Fres: Gaudete. pfecti estote: exhortamini. idē sapite. Pacē habete: ⁊ de⁹ pacis ⁊ dilectiōis erit vobiscū. Gra dñi nr̄i ihu christi: et caritas dei: ⁊ cōmunicatio scti spūs: sit cū oib; vobis. Gr. Benedictus es dñe qui intueris abyssos ⁊ sedes super cherubin. ℣. Benedict⁹ es domine in firmamēto celi ⁊ laudabilis ī secla. Alleluia. ℣. Benedict⁹ es dñe de⁹ patrū nostrorū ⁊ laudabilis in secla

In illo tpe: Scom iohānē

Dixit ihs discipulis suis. Cū venerit paclitus quē ego mittā vobis a pre spiritum veritatis qui a pre procedit: ille testimoniū perhibebit de me. Et vos testimoniū phibebitis: q; ab inicio mecum estis. Hec locut⁹ sum vobis: vt nō scādalizemini. Absq; synagogis facient vos. Sed venit hora: vt oīs qui interficit vos. arbitret obsequiū se prestare deo. Et hec facient vobis: q; nō nouerūt patrem neq; me. Sed hec locut⁹ sum vobis: vt cū venerit hora eor̄ reminiscamini q; ego dixi vobis.

Off. Benedictus sit de⁹ pater unigenitusq; dei filius sctus quoq; spūs q; fecit nobiscū miam suam

Sanctifica qs dñe. Sec. Hos p tui sci nominis invocatiōez hui⁹ oblatiōis hostiā. ⁊ p eam nosmetipos tibi pfice munus eternū. Pr. Prefatio q̄ hodie tm̄ dicit Qui cū vnigenito fi. Requirre añ canonē. Cō. Benedicim⁹ deū celi ⁊ cor̄ oīb; inuētib; cōfitebimur ei q; fecit nobiscū miam suā

Proficiat nobis Post cō. ad salutē corpis ⁊ anime dñe de⁹ hui⁹ sacramēti susceptio: ⁊ sempit̄ne sctē trinitatis cōfessio. Per. Officiū misse in solēnitate sacramēti

Qbauit eos et adi altaris pe fruméti alle. ⁊ de petra melle saturauit eos alla alla alla ℣. Exultate deo nostro iubilate Oē Col. deo iacob Glo: qui nobis sub sacramē to mirabili passionis tue me moriā reliquisti: tribue qs ita nos corpis ⁊ sanguinis tui sa cra misteria venerari vt resur rectiōis tue fructū in nobis pcipe mereamur. Qui vi.

Lectio epl̄e. Ad corinthios.

Fratres: Ego accepi a dño qđ et tradidi vo/ bis: qm̄ dns ihs ī qua nocte tradebat accepit panē ⁊ gras agēs fregit · deditq; discipls suis dicens. Accipite: ⁊ man/ ducate. Hoc ē corpus meum qđ p vobis tradet. Hoc faci/ te in meā cmēoratōez. Quo tiēscunq; enī māducabitis panē hūc ⁊ calicē bibetis mor tem dñi ānunciabitis donec veniat. Itaq; quicūq; mādu cauerit panē vel biberit calicē dñi indigne: reus erit corpo/ ris et sanguinis dñi. Probet aūt seipm homo · ⁊ sic de pane illo edat ⁊ de calice bibat. Qui enī māducat ⁊ bibit indigne iudiciū sibi māducat ⁊ bibit: nō dīiudicans corp' dñi. Gr. Oculi omnium in te sperant do/ mine ⁊ tu das illis escam in tem/ pore oportuno. ℣. Aperis tu ma num tuā ⁊ imples omne animal bñdictōe. Alla. ℣. Dem' gloriā deo quia uenerūt nuptie agni et uxor ei' preparauit se bissino splē dente candido cooperta. Scom Illo tpe: Di/ iohānem. xit ihesus turbis iudeorum Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus Qui māducat meā carnem ⁊ bibit meū sanguinē: in me manet ⁊ ego ī illo. Sicut mi/ sit me viuens pater et ego vi uo propter patrē. Et qui mā ducat me: et ipse viuet pro/ pter me. Hic ē panis: qui de celo descendit. Non sicut mā ducauerunt patres vestri mā na: et mortui sunt. Qui mā/ ducat hunc panem · viuet in eternum. Credo. Offertoriū Offerent filii israel domino pa/ nes absq; fermento cū hostia gra tiarum que pro pacificis immo/ latur et qui mundus fuerit uesce Eccle Bec̄ tur ea alla. Sie tue quesumus domi ne vnitatis et pacis propiti' dona cōcede que sub oblatis

muneribꝫ mistice designāt.p
Prefatio. Quia p incarnati
Reqre añ canonē. Cō. Danē
de celo dedisti nobis dñe habētē
omne delectamentum ⁊ omnem
saporem suauitatis. Oratio
Fac nos qs dñe diuini-
tatis tue sempit̄na frui
tione repleri quā p̄cios̄i corpo
ris ⁊ sanguinis̄ tui tpalis pce
ptio p̄figurat. Qui. Dñica se
O Omine in tua mi- cūda.
sericordia speraui exulta-
uit cor meū ī salutari tuo cantabo
domio qui bona tribuit mihi. ps
Usqꝫ quo dñe obliuiscēris me in
finē usqꝫ quo auertis faciē tuam
Deus in te spe Coll. me.
Orantiū fortitudo:adesto
pitī? inuocatiōibꝫ nr̄is:⁊ qr
sine te nihil pōt mortalis in
firmitas:pra auxilium gratie
tue:vt in exequēdis mandatis tuis ⁊ volūtate tibi ⁊ acti
one placeam?. P. Lect. epl̄e.
Carissimi btī iohis apli.
Deꝰ caritas ē. In hoc
apparuit caritas dei in nobis
qm̄ filiū suū vnigenitū misit
deꝰ in mūdum vt viuam? per
eū. In hoc ē caritas:nō qua
si nos dilexerim? deū:sed qm̄
ipe prior dilexit nos⁊ misit fi
liū suū ppitiatiōez p peccatis
nr̄is. Carissimi:si deꝰ dilexit
nos:⁊ nos debem? inuicē dili
gere. Deū nemo vidit vnqꝫ
Si diligam? inuicē:deus in
nobis manet⁊ caritas eius
in nobis pfecta ē. In hoc itel
ligim? qm̄ in eo manem? et
ipse in nobis:qm̄ de spū suo
dedit nobis. Et nos vidimus
⁊ testificamur:qm̄ pater mi-
sit filiū suū saluatorē mundi
Quisqꝫ cōfessus fuerit qm̄ ie
sus est filiꝰ dei:deus in eo ma
net et ipse in deo. Et nos co-
gnouim? ⁊ credidim? carita
ti:quā habet deus in nobis.
Deus caritas ē. Et qui ma-
nat in caritate:in deo ma-
net ⁊ deus in eo. In hoc pfe-
cta est caritas nobiscū?:vt fi
duciā habeam? in die iudicij.
qr sicut ille est et nos sumus
in hoc mundo. Timor nō est
in caritate?sed pfecta caritas
foras mittit timorē:quoniā
timor penā habet. Qui aūt ti
met:non est pfectus in cari-
tate. Nos ergo diligamus de
um:qm̄ ipse deꝰ prior dilexit
nos. Si quis dixerit qm̄ dili
go deū ⁊ frēz suū odit:mēdax
est. Qui enī nō diligit frēm

ſuum quẽ videt: deũ quem non videt quõ poteſt diligere Et hoc mãdatũ habemus a deo vt qui diligit deũ: diligat et fratrẽ ſuũ. Or. Ego dixi dñe miſerere mei ſana animã meã qm̃ peccaui tibi. ℣. Beatus qui itelligit ſuper egenũ & pauperem in die mala liberabit eũ dñs Alla. ℣. Verba mea auribꝰ percipe dñe intellgie clamorem meũ.

In illo tpe: Bcõm lucam.

Dixit ieſus diſcipulis ſuis Homo quidã erat diues & induebatur purpura & byſſo: & epulabaf quotidie ſplẽdide. Et erat quidã mẽdic⁹ noĩe lazarus: qui iacebat ad ianuã ei⁹ vlceribꝰ plenus: cupiẽs ſaturari de micis que cadebant de menſa diuitis: & nemo illi dabat. Sed & canes veniebãt & lingebãt vlcera eius. Factũ eſt aũt vt moreref mendicus et portaref ab angelis in ſinu abrahe. Mortu⁹ eſt aũt & diues: & ſepultus eſt in inferno Eleuans aũt oculos ſuos cũ eſſet in tormẽtis: vidit abraã a longe: & lazarũ in ſinu eius Et ipe clamans dixit. Pater abraã miſerere mei: & mitte lazarũ vt ĩtingat extremũ di giti ſui in aqua: vt refrigeret linguã meã q⁹ crucior in hac flãma. Et dixit illi abrahã. Fili: recordare q⁹ recepiſti bona in vita tua: & lazarus ſimiliť mala. Nũc aũt hic conſolať: tu vero cruciaris. Et ĩ his omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum eſt: vt hi qui volunt hinc trãſire ad vos nõ poſſint: neq; inde huc trãſmeare. Et ait. Rogo ergo te pater: vt mittas eum in domũ patris mei: habeo enim quinq; frẽs: vt teſtetur illis ne & ipi veniãt in locum hũc tormẽtor⁹ & ait illi abraã Habẽt moyſen et ꝓphetas: audiãt illoſ. At ille dixit Nõ pater abraam: ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos: pniteniã agẽt. Dixit aũt illi. Si moyſen & ꝓphetas nõ audiũt neq; ſi quis ex mortuis reſurrexerit: credẽt. Off. Intende voci oratiõis mee rex meus & deus meus qm̃ ad te orabo dñe. Secre.

Hoſtias nras dñe tibi dicatas placat⁹ aſſume & ad ꝓpetuũ nobis tribue ꝓpitiare ſubſidiũ. ℟. Cõ. Narrabo oĩa mirabilia tua letabor & exultabo in te pſallã noĩ tuo altiſſime

Cantis dñe re Post cõ.
pleti muneribꝰ: pra qs
vt ⁊ salutaria dona capiam⁹:
⁊ a tua nunq̃ laude cessem⁹
Ad Dñica tertia Ps do.
ctus ẽ dñs protector me⁹ ⁊
edurit me in latitudinẽ saluũ me
fecit qm̃ voluit me. ps Diligã te
dñe virt⁹ mea dñs firmamẽtũ me
um ⁊ refugiũ meũ ⁊ liberator me⁹
Sancti nois tui dñe Coll.
timorẽ pĩ ⁊ amorẽ fac
nos habere ppetuũ: qꝝ nunq̃
tua gubernatione destituis:
quos in soliditate tue dilecti
onis instituis. Ps. Lec. eple:
Carissimi: Nolite mirari: si
odit vos mũdus. Nos scim⁹
qm̃ trãslati sum⁹ de morte ad
vitã: qm̃ diligim⁹ frẽs. Qui
nõ diligit: manet in morte:
Omnis q̃ odit frẽm suũ: homi
cida ẽ. Et scitis: qm̃ omnis ho
micida nõ habet vtiã eternã
in se manẽtẽ. In hoc cogno
scim⁹ caritatẽ dei: qm̃ ille pro
nobis aiaꝫ suã posuit. et nos
debem⁹ p frib⁹ animas pone
re. Qui habuerit substãtiam
mũdi ⁊ viderit frẽm suũ ne
cesse habere ⁊ clauserit vise
ra sua ab eo: quõ caritas dei
manet in eo: Filioli mei: nõ
diligam⁹ verbo neq̃ lingua:
sed opere ⁊ veritate. Ps. Ad
dñm dũ tribularer clamaui et ex
audiuit me. v. Dñe libera aiam
meã a labiis iniqis ⁊ a liga do
losa. Alla. v. De⁹ iudex iust⁹ for
tis ⁊ patiẽs nũquid irascetur per
singlos dies. Secundũ lucam
In illo tpe Dixit ihs discí
plis suis similitudinẽ hãc.
Homo quidã fecit cenã ma
gnã: ⁊ vocauit mltos. Et mi
sit seruũ suũ hora cene dicere
invitatis vt venirẽt: qꝝ iã pa
rata sũt oia. Et cepẽrũt simul
oms excusare. Prim⁹ dixit il
li. Villã emi: ⁊ necesse habeo
exire ⁊ videre illã Rogo te habe
me excusatũ. Et alter dixit
Juga bou emi quiq̃: et eo p
bare illa. Rogo te: habe me
excusatũ. Et ali⁹ dixit. Uxorẽ
duxi: ⁊ ideo nõ possũ venire.
Et reuersus fuus: nũciauit
hec dño suo. Tũc irat⁹ pater
familias: dixit seruo suo. Exi
cito in plateas ⁊ vicos ciuita
tis: ⁊ paupes ac debiles cecos
et claudos introduc huc. Et
ait seruus. Dñe: factũ est vt
ipasti: ⁊ adhuc loc⁹ ẽ. Et ait
dñs fuo. Exi in vias ⁊ sepes:

et compelle intrare: vt impleatur dom⁹ mea. Dico aũt vobis: qđ nemo virorũ illorũ qui vocati sũt: gustabit cenã meam. Off. Dñe cõuertens eripe aiam meã saluum me fac propter

Oratio. Secr. Hostias tibi dñe tuo nois dicãdas purificet: ⁊ đ die i diẽ ad celestis vite trãsferat actiões. p Cõ. Cantabo dño q̃ bona tribuit mihi et psallam noi dñi altissimi.

Postcõ. Neribus dñe q̃s: vt cũ frequẽtatõe mysteriũ. crescat nostre salutis effect⁹. Per Dñm.

Dñica quarta.

Respice in me et miserere mei dñe q̃m unicus ⁊ paup sum ego. uide humilitatẽ meã ⁊ laborem meũ ⁊ dimitte oia peccata mea de⁹ meus. ℣. Ad te dñe leuaui aiam meã de⁹ me⁹ in te confido non erubescam. Coll. Oepcatiões nr̃as q̃s dñe benign⁹ exaudi: ⁊ quibus supplicãdi prãs affectũ tribue defensiõis auxiliũ. Per. Lectio

Caris⁹ eple bti petri apli. simi. Humiliamini sub potẽti manu dei· vt vos exaltet in tpe visitationis: omnẽ sollicitudinem vr̃am piciẽtes in eũ. q̃m ipi cura est d̃ vobis

Sobrii estote ⁊ vigilate: q⁹ aduersari⁹ vr̃ diabol⁹ tãq̃ leo rugiẽs circuit querẽs quẽ deuoret. Cui resistite fortes in fide: sciẽtes eãdẽ passiões ei q̃ in mũdo ẽ vr̃e fraternitati fieri. Deus aũt oĩs gratie qui vocauit nos in eternam suã gl̃am· in christo ih̃u modicũ passos: ipe pficiet· cõfirmabit solidabit q̃. Ipsi gl̃a ⁊ imperiũ: in secula seculoꝝ amen. Ofr. Jacta cogitatũ tuũ in dño ⁊ ipe te enutriet. ℣. Dũ clamarẽ ad dñm exaudiuit vocẽ meã ab his q̃ appropinquãt mihi. Alla. ℣. Diligã te dñe virt⁹ mea dñs firmamẽtũ meũ ⁊ refugiũ meũ et liberator me⁹. Secũdũ lucam.

In illo tpe: Accesserũt ad ie sũ publicani ⁊ pctões: vt audirẽt illũ Et murmurabãt pharisei ⁊ scribe dicentes: q̃ hic peccatores recipit ⁊ mãducat cũ illis. Et ait ad illos pabolã istã dicens. Quis ex vobis hõ qui habet cẽtũ oues: Et si pdiderit vnã ex illis: nõne dimittit nonagĩta nouem in deserto· ⁊ vadit ad illã que perierat donec iueniat illã: Et cũ inuenerit eã: imponit ĩ humeros suos gaudẽs. Et veniẽs

domũ: cõuocat amicos ⁊ vici
nos dicẽs illis. Cõgratulami
ni mihi: q̃ inueni ouẽ meã q̃
pierat. Dico vobis. quod ita
gaudiũ erit ĩ celo sup̃ vno pec
catore pẽitẽtiã agẽte · q̃ su-
per nonagĩta nouẽ iustis qui
nõ indigẽt pẽitẽtia. Aut q̃
mulier hñs dragmas decẽ · si
pdiderit dragmã vnã · nõne
accẽdit lucernã ⁊ euertit do-
mũ · ⁊ querit diligenter donec
inueniat: Et cũ inuenerit cõ
uocat amicas ⁊ vicinas. dicẽs
Cõgratulamĩ mihi: q̃ inueni
dragmã quã pdiderã. Ita di
co vobis: gaudiũ erit corã an
gelis dei · sup̃ vno peccatore:
pẽitẽtiam agẽte. Off. Spe-
rent in te oñs qui nouerũt nomẽ
tuũ dñe qm̃ nõ derelinquis que
rentes te psallite dño qui habitat
in syon qm̃ nõ ẽ oblit⁹ oratione
Munera Bec paupũ.
dñe oblata sc̃ifica · vt
tui nobis vnigeniti corpus ⁊
sanguis fiant. P eũdẽ. Cõ.
Ego clamaui qm̃ exaudisti me
de⁹ inclina aurẽ tuã ⁊ exaudi ver-
Hec nos Post cõ ba mea
cõmunio dñe purgeta
crimĩe: ⁊ celestis remedij faci-
at esse cõsortes. P. Dñica. V.

Oñs illuminatio mea ⁊ salus
mea quẽ timebo dñs defẽ-
sor vite mee a quo trepidabo qui
tribulãt me inimici mei infirmati
sũt ⁊ ceciderũt. ℣. Vnam pecii a
dñi hãc req̃. ut inhã. i domo dñi
oĩbus diebus vite mee. Hla. Coll.
Protector ĩ te sp̃ãtiũ de⁹
sine quo nihil ẽ validũ
nihil sc̃m: multiplica sup̃ nos
misericordiã tuã vt te rectore
te duce. sic trãseam⁹ p̃ bona tẽ
porralia: vt nõ amittamus eter
Ira Ad romanos na. p.
tres: Estimo qõ non
sint cõdigne passiões hui⁹ tp̃i
ad futurã gl̃am que reuelabi
tur in nobis. Nã expectatio
creature: reuelatiõs filioꝝ dei
expectat. Vanitati enĩ creatu
ra subiecta ẽ nõ volẽs: sed p
pter eũ qui subiecit in sp̃e: q̃
⁊ ipa creatura liberabit̃ a ser
tute corruptiõis in libertatẽ
gl̃e filioꝝ dei. Scim⁹ enĩ q̃õ
oñis creatura ingemiscit: et
partit vsq̃ adhuc. Non solũ
aũt illa: sed et nosipi primiti
as sp̃ũs habẽtes · ⁊ ipi intra nos
gemim⁹ adoptiõs filioꝝ expe
ctãtes redẽptiõẽs corpis nr̃i
In xpo ihu: dño nostro. Sy
Propiti⁹ esto dñe pcis nostris

nequãdo dicãt gẽtes ubi ẽ de⁹ eo
rũ. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris
noster propt ḥonorẽ nois tui do
mine libera nos. Alla. ℣. Dñe i
uirtute tua letabit rex & sup salu/
tare tuum exultabit uehementer.
In illo tpe: Dixit Scom lucã.
ihs discipls suis Estote
misericordes: sic & pat vr̃ster
misericors ẽ. Nolite iudicare
& nõ iudicabimini. Nolite cõ
dẽnare & nõ condemnabimi/
ni. Dimittite: et dimittemi/
ni. Date: & dabit vobis. Mẽ
suram bonã & cõfertã & coagi
tatã & supefluẽtem: dabũt i
sinũ vr̃m. Eadẽ qppe mẽsura
qua mẽsi fueritis remetiet vo
bis. Dicebat aũt illis & simili
tudinẽ. Nũquid potest cec⁹ ce
cũ ducere: Nõne ambo in fo
ueã cadũt. Nõ ẽ discipls sup
magistr. Perfect⁹ ãt oĩs erit
si sit sic magister ei⁹. Quid ãt
vides festucã i oclo frĩs tui.
trabẽ ãt que i oculo tuo ẽ nõ
cõsideras: Et quõ potes dice
re fratri tuo. frater sine. eiciã
festucã de oculo tuo. ipe i ocu
lo tuo trabẽ nõ vides: Hypo
crita: eice primũ trabẽ de ocu
lo tuo: & tũc pspicies vt edu/
cas festucã: de oculo frĩs tui
Off. Illumina oculos meos ne
quãdo obdormiã i morte nequã/
do dicat inimic⁹ me⁹ prevalui ad
Respice Secre uersus eũ
dñe munera supplicãtis
ecclesie & saluti credẽtiũ ppe/
tua scificatõe sumẽda cõcede
Ps. Lõ. Dñs firmamentũ meũ
et refugiũ meum & liberator meus
de⁹ me⁹ adiutor meus. Post cõ.
Sacã tua nos dñe sumpta
viuificẽt & misericordie
sempiterne ppatẽt expiatos.
Gaudi Ps dv. Dnica. VI.
Adñe uocẽ meã qua clama/
ui ad te adiutor me⁹ esto ne dere/
liquas me neqz despicies me de
us salutaris me⁹. ps. Dñs illu/
minatio mea & sal⁹ mea quẽ time
Da nobis dñe Coll dv.
Cqs: vt & mũdi cursus pa
cifice nobis tuo ordine diriga
tur: & ecclesia tua trãquilla de
uotiõe letet. Ps. Lec. eple bti
Carissimi: Obẽs petri ap.
Vnanimes in oratione
estote: cõpatiẽtes. fraternita/
tis amatores. misericordes hu
miles. nõ reddẽtes malum p
malo. vl maledictũ p maledi
cto. sed ecõtrario bñdicentes
q̃ in hoc vocati estis vt bene
dictiõez hereditate possideа/
tis. Qui enĩ vult vitã dilige
re & videre dies bonos: coer/

ceat linguā suā a malo· et la/
bia ei⁹ ne loquātur dolū. ℣De
clinet aūt a malo ⁊ faciat bo
nū ⁊ inquirat pacē et sequat⁹
eam : q⁹ oculi dñi sup iustos
⁊ aures ei⁹ ad pces eo⁹. ℣ul
tus aūt dñi: sup facientes ma
la. ℣t quis ē qui vobis noce
at·si boni emulatores fueritis
℣ed ⁊ si qd patimi ppt iusti
cia: beati. ℣timorē aūt eo⁹ ne
timueritis. vt nō ꝯturbemini
℣ñm aūt xpm: scificate ī co⁹
dibꝰ vris. ℣y ℣Protector noster
aspice de⁹ ⁊ respice sup seruos tu
os. ℣. ℣ñe de⁹ virtutū exaudi p
ces seruoꝝ tuoꝝ. ℣lla. ℣. In
te dñe speraui nō cōfūdar in eter
nū in tua iustícia libera me ⁊ eri⁹
pe me inclina ad me aurē tuā ac⁹
celera ut eripias me. ℣. Lucam
℣N illo tpe: Cū turbe irrue
rent ad ihm· vt audirēt verbum dei: ⁊ ipe stabat sec⁹ stagnū genezareth. ℣t vidit duas naues stātes sec⁹ stagnū: piscatores aūt descēderāt ⁊ lauabāt retia. ℣scēdens aūt in vnā nauē q̄ erat symonis: rogauit eū a terra reducere pusillū. ℣t sedēs: docebat de nauicula turbas. ℣t cessauit āt loq̄: dixit ad symonē, ℣Duc in altū: ⁊ laxate retia vra in captura. ℣t rñdēs symō : dixit illi. ℣Preceptor : p totā noctē laborātes nihil cepim⁹ : ī verbo aūt tuo laxabo rete. ℣t cū hoc fecissēt: ꝯclusert pisciū mltitudinē copiosā. ℣Rumpebat⁹ aūt rete eo⁹. ℣t annuerunt sociis q̄ erāt in alia naui: vt veniret ⁊ adiuuarēt eos. ℣t venerūt ⁊ impleuert ambas nauiculas ita vt mergerent⁹. ℣d cū videret symō petr⁹ : pcidit ad genua ihu dicēs. ℣xi a me q⁹ hō peccator sū dñe. ℣tupor enī circūdederat eū ⁊ oms q̄ cū illo erāt: in captura piscium quā cepāt. ℣imilr aūt iacobū ⁊ iohannē filios zebedei: qui erāt socij symonis· ⁊ ait ad symonē ihesus. ℣Noli timere: ex hoc iam hoies eris capiēs ℣t subductis ad terrā nauibꝰ: relictis oibꝰ: secuti sūt eū. ℣ff. ℣ñdicā dñm q̄ mihi·tribuit ītellectū prouidebā deū in cōspectu meo semp qm̄ a dextris est mihi
O ℣la ℣ec. ne cōmoueat. tionibꝰ. qs dñe placare susceptis· ⁊ ad te nr̄as etiā rebelles ꝯpelle ppitiꝰ voluntates ℣per. Lō. Una petii a dño hanc requirā ut inhabitē in domo dñi

Noibꝫ dieb⁹ uite mee. ℣. cō
ysteria nos dñe scā puri
ficēt ꝛ suo munere tueāt. ℟.
Ons fortitudo Dñica. VII
plebis sue ꝛ protector salu
tariū xp̄i sui ē saluū fac ꝓpl̄z tuū
dñe ꝛ bñdic hereditati tue ꝛ rege
eos usqꝫ i seculꝫ. ℣. Ad te dñe cla.
de⁹ m. ne si. a me ne. ta. a me ꝛ as.
Oe⁹ q̄ diligēti Coll. de. i la.
Ob te bona īuisibilia ꝓpa
sti. i fūde cordib⁹ nr̄is tui amo
ris affectū. vt te i oib⁹ sup oia
diligētes. ꝓmissiones tuas q̄
oñe desideriū supāt ꝓseqūm. p
Rēs: Quicū Ad roma.
Q̄ baptizati sum⁹ i xp̄o
ihu: i morte ipi⁹ baptizati su-
m⁹. Cōsepl̄ti ei sum⁹ cū illo p
baptismū i mortē: vt quō sur
rexit xp̄s a mortuis p glām pr̄is
ita ꝛ nos i nouitate vite ābu
lem⁹. ℣. Si ei ꝯplātati facti su-
m⁹ similitudini mortis ei⁹. simul
ꝛ resurrectiōis erim⁹: hoc sci-
entes q̄ vet⁹ hō nr̄ simul cru
cifix⁹ ē. vt destruat⁹ corp⁹ pecca
ti. vt vltra nō ſuiam⁹ peccato
Qui enī mortu⁹ ē: iustificat⁹
est a peccato. ℣. Si aūt mortui
sum⁹ cū xp̄o: credim⁹ q̄ siml⁹
etiā viuem⁹ cum ipo: sciētes
quod xp̄s resurgēs ex mortu
is iā nō morit. mors illi vltra
nō dñabit⁹. Qd enī mortu⁹ ē
peccato: mortu⁹ ē semel. Qd
āt viuit: viuit deo. Ita ꝛ vos
existimate vos mortuos q̄dē
ee pctō: viuētes aūt deo. In
xp̄o ihu: dño nr̄o. ℟. Cōuer
tere dñe aliquātulū ꝛ deꝓcare su
per seruos tuos. ℣. Dñe refugiū
fact⁹ es nobis a generatiōe ꝛ pro
genie. Alla. ℣. Eripe me de imi-
micis meis de⁹ me⁹ ꝛ ab insurgē-
tib⁹ i me libera me. ℣. matheū
In illo tpe: Dixit ihs discī
plis suis. Amē dico vobis
nisi abūdauerit iustitia vr̄a
plusq̄ scribaꝝ ꝛ phariseoꝝ. nō
intrabitis i regnū celoꝝ. Au
distis q̄ dictū ē antiq̄s. Non
occides. Qui āt occiderit: re⁹
erit iudicio. Ego aūt dico vo
bis: q̄ oīs q̄ irascit frī suo. re⁹
erit iudicio. Qui aūt dixerit
frī suo racha: re⁹ erit cōcilio
Qui āt dixerit fatue: re⁹ erit
gehēne ignis. ℣. Si g̃ offers mu
nus tuū ad altare: ꝛ ibi recor
dat⁹ fueris q̄ frat⁹ tuus habet
aliq̄d aduersū te: reliq̄ ibi mu
nus tuū ante altare. ꝛ vade
pri⁹ recōciliari fratri tuo. Et
tūc veniēs offeres mun⁹ tuū
Off. Perfice gressus meos i se-
mitis tuis ut nō moueāt uestigia
mea iclina aurē tuā ꝛ exaudi uer-

ba mea mirifica miſericordias tu-
as q̄ ſaluos facis ſpantes i te dñe
Ropiciare dñe. Secre.
ſupplicatōibꝫ nr̄ís-ꝛ haſ
oblatiões famulorꝫ famulaꝝ
q; tuaꝝ benignꝰ aſſume· vt qđ
ſingli obtuleꝛt ad honorē no
mīs tui· cūctis pficiat ad ſalu
tē. ℣. cō. Circuibo ꝛ imolabo in
tabernaclm eiꝰ hoſtiā iubilatōis
cātabo ꝛ pſalmū dicā dño. ℣ cō.
Quos celeſti dñe dono ſa
tiaſti: pra q̄s: vt a nr̄is
mūdemur occlt̄ſ: ꝛ ab hoſtiū
libꝛem īſidiꝭs.p. dñica. VIII
Omīs gētes plaudite manibꝫ
iubilate deo i uoce exulta
tatiōis. ℣. Subiecit pplos no-
bis ꝛ gētes ſub pedibus noſtris.
Oꝰ virtutū cuiꝰ ē Coll:
totū qđ ē optimū· inſe-
re pectoribꝫ nr̄is amorem tui
noīs: ꝛ pra i nobis religiōis
augm̄tū: vt q̄ ſūt bona nutri
as: ac pietatis ſtudio q̄ ſunt
nutrita cuſtodias. ℣. Ad ro-
Res: Humanū manos
dico: ppt̄ īfirmitatē car
nis vre. Sic enī exhibuiſtis
mēbꝛa vra ſeruire immūdicie ꝛ
iniqtati ad iniqtatē: ita nūc
exhibete mēbꝛa vra ſeruire iu
ſticie i ſcificatiōꝫ. Cū ei ſui eſ
ſetis pcatī: liberi fuiſtis iuſti
cie. Quē g̃ fructū habuiſtis
tūc i qbꝫ nūc erubeſcitis? Nā
finis illoꝝ mors ē. Nūc vo li
berati a pctō· ſui āt facti deo:
habetis fructū vrm i ſcificati
onē· finē vo vitā eternā. Stipē
dia enī pcti: mors. Grā āt dei:
vita eterna. In xpo ihu dño no
ſtro. ℣. Venite filii audite me
timorē dñi docebo uos. ℟. Acce-
dite ad eū ꝛ illuminami et facies
ueſtre n cōfūdet. Alla. ℟. Te de
cet ymnꝰ deꝰ i ſyō ꝛ tibi reddet
In il. S. marcū. uotū i ierlm.
Illo tpe: Cū turba mlta eet
cū ihu nec heret qđ māduca
ret: ꝙuocatꝭ diſcipls ait illis.
Miſereor ſup turbā: q̄ ecce
iā triduo ſuſtinet me· nec hn̄t
qđ māducent. Et ſi dimiſero
eos ieiūos i domū ſuā: deficiet
i via. Quidā enī ex eis delōge
venerūt. ꝛ rndert ei diſcipli ſui
Unde iſtos poſit q̄s h̄ ſaturare
panibꝫ i ſolitudie? Et ī̄rroga
uit eos. Quot panes hētis?
Qui direꝛt. septē. Et pcepit
turbe: diſcūbere ſup trā. Et ac
cipies septē panes: gras agēs
fregit. ꝛ dabat diſcipls ſuis
vt apponerent. ꝛ apoſuerūt
turbe. Et habebant piſcicu-
los paucos: et ipſos benedi-
xit et iuſſit apponi. Et man-

ducauerũt: ⁊ saturati sũt. Et sustulerũt qđ supauerat de fragmẽtis: septẽ sportas. Erant aũt qui mãducauerũt quasi quattuor milia: ⁊ dimisit eos

Off. Sicut in holocaustũ arietũ ⁊ taurorũ ⁊ sicut i milibꝫ agnorũ pinguiũ. sic fiat sacrificiũ nostrũ in cõspectu tuo hodie ut placeat tibi qr nõ ẽ cõfusio cõfidẽtiũ

Oro Secretbus in te dñe. Propitiare dñe suplicationibꝫ nr̃is ⁊ has pp̃li tui oblatiões benignus assume et vt nulli⁹ sit irritũ votũ ⁊ nulli⁹ vacua postulatio pr̃a vt qđ fideliter petim⁹. efficaciter cõsequamur. ℣. Cõ. Inclina aurẽ tuã accelera ut eruas nos. ℣ cõ

Repleti sum⁹ dñe muneribꝫ tuis. tribue qs. vt eor̃ ⁊ mundemur effectu ⁊ muniamur auxilio. ℣ per dñm.

Missa Dominica nona. Spimus de⁹ misericordiam tuã in medio tẽpli tui secũdũ nomẽ tuũ de⁹ ita ⁊ laus tua i fines terre iustitia plena ẽ dextera tua ps. Magn⁹ dñs ⁊ laudabilis nimis i ciuitate dei nostri in mõte

Oe⁹ cui⁹ pui Coll. scõ ei⁹. Odẽtia i sui dispositõe nõ fallit̃: te supplices exoramus vt uoluntia cũcta submoueas: ⁊ oĩa nobis pfutura concedas. p.

Frẽs: De Ad romanos Debitores sum⁹ nõ carni: vt scdm carnẽ viuam⁹. Si ei secũdũ carnẽ vixeritis: morimini. Si aũt spũ facta carnis mortificaueritis: viuetis Quicũq enĩ spũ dei agũt̃: hi filij sũt dei. Nõ enĩ accepistis spm̃ seruitutis iterꝫ i timore sed accepistis spm̃ adoptiõis filior̃ in quo clamam⁹ abba pat̃. Ipe enĩ spũs testimoniũ reddit spũi nr̃o quod sum⁹ filij dei. Si aũt filij: ⁊ heredes heredes qdẽ dei: coheredes aũt christi. Hy. Esto mihi i deum protectorẽ ⁊ i locũ refugii ut saluũ me facias. ℣. De⁹ i te speraui dñe nõ cõfũdar i eternũ. Alla ℣. Attẽdite pop̃le me⁹ i legẽ me

In illo Scom matheũ am. Ipe: Dixit ihs discipls suis. Attẽdite a falsis pphetis qui veniũt ad vos i vestimẽtis ouiũ: intrinsec⁹ aũt sũt lupi rapaces. A fructibꝫ eorũ cognoscetis eos. Nunqd colligũt de spinis vuas. aut de tribꝫ fic⁹. Sic oĩs arbor bona fruct⁹ bonos facit: mala aũt arbor fruct⁹ malos facit. Nõ põt arbor bona fruct⁹ malos facere neq arbor mala fruct⁹ bonos

facere. Omnis arbor q̄ nō fac̄ fructū bonū: excidet̄ & i ignē mittet̄. Igit̄ ex fructib⁹ eor̄ cognoscetis eos. Nō ois qui dic̄ mihi dñe dñe. intrabit i regnū celor̄: sed q̄ fac̄ volūtatē patris mei q̄ in celis ē: ipe intrabit in regnū celor̄. Oft. Populū humilē saluū facies dñe et oculos superbor̄ humiliabis qm̄ qs de⁹ preter te dñe. Secreta.

Oblatis qui legaliū differēti am hostiar̄ uni⁹ sacrificij p̄fectiōe sanxisti· accipe sacrificiū a devotis tibi famlis & pari b̄dictiōe sic̄ munera abel scifica· vt qd̄ singli obtulerit ad mayestatis tue honorē· cūctis pficiat ad salutē. Pcō. Gustate & videte qm̄ suauis est dñs beatus uir q̄ sperat in eo.

Cōcla nos dñe Post cō. medicinalis opatio· & a nris puersitatib⁹ clemēter expediat: & ad ea q̄ sūt recta pr

Oñica.x. ducat. Pce de⁹ adiuuat me et dñs suscepto⁹ ē anime mee auerte mala inimicis meis in ueritate tua despde illos protector me⁹ dñe. ps. De⁹ i noie tuo saluū me fac & in uirtute tua iudica me. Colle.

Largire nobis domine q̄ sumus semp spīm cogitādi q̄ recta sūt ppit⁹ & agēdi vt qui sine te eē nō possum⁹ scōm te viuere valeam⁹. Pr.

Res: Ad chorinthios.

Nō sim⁹ cupiscentes malor̄: sic̄ & illi cupierūt. Neq̄ idolatre efficiami sic̄ q̄dā ex ipis: quēadmodū scriptū ē Sedit ppls māducare & bibere: & surrexerūt ludere. Neq̄ formicem̄ sic̄ q̄dā ex ipis formicati sūt: & ceciderūt vna die vigīta tria milia Neq̄ tēptem⁹ xp̄m sic̄ q̄dā eor̄ tēptauerūt: & a serpētib⁹ pierūt. Neq̄ murmurauerit⁹ sic̄ q̄dā eor̄ murmurauerūt: & pierūt ab exterminatore. Hec āt oia in figura cōtigebāt illis. Scripta sūt āt ad correctōez nr̄ām: in quos fines seculor̄um devenerunt Itaq̄ qui se existimat stare: videat ne cadat. Temptatio vos nō apphēdat: nisi huma na. Fidelis aūt de⁹ ē q̄ nō patiet̄ vos tēptari sup id qd̄ potestis: sed faciet cū tēptatiōe etiā puētū: vt possitis sustinere. Oz. Dñe dñs noster q̄m ad mirabile ē nom̄ tuū i uniuersa tra

v. Qm̄ eleuata ē magnificentia tua sup celos. Alla. v. Propiti⁹ esto dñe pcīis nostris nequādodi cāt gētes ubi ē de⁹ eor̄ū S.luca

In illo tpe: Dixit ihs discipłis suis pabolā hāc. Hō q dā erat diues q habebat villicū & hic diffamat⁹ ē apud illū quasi dissipasset bona ipi⁹. Et vocauit illū: & ait illi. Quid hoc audio de te: Redde rationē villicatiōis tue. Jam eni nō poteris villicare. Ait aūt villic⁹ intra se. Quid faciā quia dns me⁹ aufert a me villicatiō: Fodere nō valeo: mēdicare erubesco. Scio qd faciā vt cū amot⁹ fuero a villicatione recipiāt me in domos suas Cōuocatis itaq; singlis debitoribꝫ dñi sui: dicebat primo Quātū debes dño meo: At ille dixit. Cētū cados olei Dixit q; illi. Accipe cautiōz tuā et sede cito scribe quīquaginta. Deīde alio dixit. Tu vero quātū debes: Qui ait. Cētū choros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas & scribe octogīta. Et laudauit dns villicū iniquitatis q; prudēter fecisset: quia filij hui⁹ secli prudētiores filijs lucis in generatiōe sua sūt. Et ego vobis dico Facite vobis amicos de māmona iniqtatis: vt cū defeceritis recipiāt vos: i eīna tabernacula. Off. Justicie dñi recte leti ficātes corda & iudicia ei⁹ dulciora sup mel & fauū nā & seru⁹ tuus Suscipe. Secre. costodiet ea. Spe munera qs dne q tibi de tua largitate deferimus vt hec sacrosca mysteria gre tue opāte virtute. psentis vite nos cuersatiōe sctificent & ad gaudia sempiterna pducant. P. Cō. Primū querite regnū dei & oia adicient uobis dicit Jt no. Post cō. domin⁹. Sis dne repatio mētis & corpis celeste misteriū: vt cuius exequimur actiōz: sentiamus effectū. P. Dnica. xi. Cum clamarē ad dñm exaudiuit vocē meā ab his qui approp̄iquāt mihi et humiliauit eos q ē añ seculā & manet in eternū iacta cogitatum tuū in dño & ipse te enutriet. ps. Exaudi de⁹ oratiōz meā & ne despexeris deprecatiōnē meā intēde mihi & exaudi me Dateāt aures mise. Coll. Oricordie tue dne pcibus suplicātiū: & vt petentibꝫ desiderata cōcedas: fac eos que tibi sunt placita postulare. P Frēs Ad chorinthios. Scitis quoniam cū gētes essetis: ad simulachra muta prout ducebamini euntes Ideo notum vobis facio: qđ

nemo in spū dī loquēs·dicit anathema ihū. Et nemo po/ test dicere dñs ihs: nisi in spi rituscto. Diuisiões vero gra/ tiaꝝ sūt: idē āt spūs. Et diui siões mistrationū sūt: idē āt dñs. Et diuisiões opationū sūt: idē vero dē q̄ opat oīa in oīb. Unicuiqꝫ aūt dat manifestatio spūs: ad vtilitatem. Alij quidē p spiritū dat sermo sapiētie: alij sermo sciētie se/ cūdū eūdē spm. Alteri fides in eodē spū. Alij grā sanitatū in vno spū. Alij opatio virtu tū: alij pphetia· alij discretio spirituū· alij genera linguaꝝ. alij interptatio sermonū. Hec autē oīa opatur vn̄ atqꝫ idē spūs: diuidēs singulis: prout vult. Gr. Custodi me dñe ut pupillā oculi sub umbra alarum tuarū protege me. ℣. De vultu tuo iudiciū meū prodeat ocli tui videāt equitates. Alla. ℣. Exul/ tate deo adiutori nostro iubilate deo iacob sumite psalmū iocūdū

IN Scdm lucā. cū cithara. illo tpe: Cū appinquaret ihs ierlm: vidēs ciuitatē fle/ uit sup illā dicēs· q̄ si cogno/ uisses ⁊ tu. Et quidē ihac die tua que ad pacē tibi. nūc vero abscōdita sūt ab oculis tuis: q̄ veniēt dies in te· ⁊ circūda būt te inimici tui vallo· ⁊ cir cūdabunt te ⁊ coangustabūt te vndiqꝫ ⁊ ad terrā ostternēt te· ⁊ filios tuos qui in te sunt Et nō relinquēt in te lapidē sup lapidē: eo qd nō cognoue ris tempꝰ visitatiōis tue. Et ingressus in templū: cepit ei/ cere vendētes in illo ⁊ emētes dicēs illis. Scriptū est: q̄ do mus mea domꝰ oratiōis vo/ cabit. Vos aūt: fecistis illam spelūcam latronū. Et erat do/ cens: quotidie i templo. Off. Ad te dñe leuaui aiam meā deꝰ me⁹ in te cōfido non erubescā ne q̄ irrideāt me inimici mei eteni uniuersi qui te exspectāt nō cofun

Oncede Secre dent. nobis hec qs dñe tran/ quillare mysteria· q̄ quotiēs hui⁹ hostie cōmemoratio cele bat opus nre redēptōis exer cet. P. cō. Acceptabis sacrifici um iustitie oblatiões ⁊ holocau sta sup altare tuū dñe. Post cō.

Oui nobis dñe commu nio sacramēti· ⁊ purifi/ catiōꝫ pferat? ⁊ tribuat vni/ Dñica. xii. tatē. P. in loco sctō suo deꝰ q̄ inha

bitare facit unanimes ī domo ip se dabit uirtutē ⁊ fortitudinē ple bi sue. ℘. Erurgat de⁹ ⁊ dissipen tur inimici ei⁹ ⁊ fugiunt q̄ oderūt

OEus Coll. eū a facie ei⁹ qui oīpotētiā tuā par cēdo maxime ⁊ miserādo ma nifestas: multiplica sup nos grām tuā: vt ad tua ꝓmissa currētes: celestiū bonoꝝ faci as eē ꝯsortes. ℘. Ad chorinthi.

FRēs: notū vobis facio euāgeliū q̄ ꝑdicaui vo bis. q̄ ⁊ accepistis. in quo et statis ꝑ q̄ ⁊ saluami. qua ra tiōe ꝑdicaueri vobis si tene tis. nisi frustra credidistis. Tra didi enī vobis ī primis q̄ et accepi: qm̄ christ⁹ mortu⁹ est ꝓ pctis nr̄is scd̄m scripturas. ⁊ q̄ sepult⁹ est. ⁊ q̄ resurrexit tertia die scd̄m scripturas. et quia missus est cephe. ⁊ post hec vndeci. Deinde visus ē plusq̄ quingētis frib⁹ simul: ex quib⁹ multi manēt vsq̄ ad huc. quidā aūt dormierūt. De inde visus ē iacob⁹: deinde a postolis oīnib⁹. Nouissime āt omniū tanq̄ abortiuo: visus est ⁊ mihi. Ego enī sū minim⁹ apl⁹oꝝ: qui nō sum dign⁹ vo cari apl⁹s: qm̄ ꝑsecut⁹ sū eccle siā dei. Gra āt dei sū id q̄d sū: Et gra ei⁹: ī me vacua n̄ fuit

Gꝛ. In deo sperauit cor meū et adiut⁹ sū ⁊ refloruit caro mea ⁊ ex uolūtate mea cōfitebor illi. ℣. Ad te dñe clamaui de⁹ me⁹ ne sileas ne discedas a me. Alla. ℣. Dñe de⁹ salutis mee in die clamaui et nocte coram te.

Secudū lucam:

IN illo tpe: Dixit ihesus ad quosdā q̄ in se ꝓfidebāt tā q̄ iusti ⁊ aspnabant ceteros parabolā istā. Duo hoies ascē derūt in tēplū vt orarēt: vnus phariseus ⁊ alter publicanus Phariseus stās: hec apud se orabat. Deus: gratias ago ti bi: quia non sum sicut ceteri hominum: raptores. iniusti. adulteri. velut etiā hic publi canus. Jeiuno bis in sabba to: decimas do omnium que possideo. Et publican⁹ alon ge stās: nolebat nec oculos ad celū leuare. sed ꝑcutiebat pe ctus suū dicēs: De⁹: ꝓpitius esto mihi pctori. Dico vo bis: descēdit hic iustificatus in domū suā ab illo: q̄ oīs qui se exaltat humiliabit. Et qui se humiliat: exaltabitur.

Off. Exaltabo te dñe qm̄ suscepi sti me nec delectasti inimicos me

os super me dñe clamaui ad te et
Tibi. Secre. sanasti me.
domie sacrificia dicata
reddāt: que sic ad honorē no
minis tui deferēda tribuisti
vt eadē remedia fieri nra pre
stares. ℣. Cō. Honora dñm de
tua substātia t de primitiis frugū
tuarū ut impleātur horrea tua sa
turitate t uino torcularia redūda
Quesum⁹ Post cō. bunt.
dñe de⁹ nr: vt quos di
uinis reparare nō desinis sa
cramētis: tuis nō destituas
benign⁹ auxilijs. ℣. Domini
Tibi Eus in adiutoꝛi ca. XIII.
um meū intēde dñe ad ad
iuuādū me festina cōfundant et
reuereant inimici mei qui querūt
aiaz meā. ℣. Auertant retroꝛsū t
erubescāt qui cogitāt mihi mala
Omnipotēs sem Coll.
piterne ds q abūdātia
pietatis tue: et merita supplī
cum excedis t vota: effunde
sup nos misericoꝛdiā tuā: vt
dimittas que conscientia metu
it: t adicias qđ oratio nō pre
sumit. ℣. w. Ad corinthios
Frēs: Fiduciā talē habe
m⁹ p christū ad deū: nō
quod sufficientes simus cogi
tare aliquid a nobis quasi ex
nobis: sed sufficientia nra ex
deo ē. Qui t idoneos nos fec
ministros noui testamēti: nō
littera sed spū. Littera enī oc
cidit: spūs aūt viuificat. Qđ
si ministratio mortis literis
deformata in lapidibꝫ fuit in
gloria: ita vt nō possent inten
dere filij isrl in faciē moysi p
pter gl'am vultꝰ eiꝰ que euā
cuat: quō nō magis ministra
rio spūs erit in gl'a. Nā si mi
stratio damnatiōis in gl'a est
multomagis abūdat ministe
riū iusticie: in gl'a. ℣. Bene
dicā dñm in omī tēpoꝛe semper
laus eiꝰ i oꝛe mee. ℣. In dño lau
dabit' aīa mea audiāt māsueti et
letētur Alle. ℣. Dñe refugiū fa
ctus es nobis a generatiōe t pro
In il. Scōm marcū genie.
lo tpe: Exiēs ihs de finib
tyri: venit p sydonē ad mare
galilee inter medios fines de
capoleos. Et adducūt ei surdū
t mutū: et deprecabantur
eum vt imponat illi manum
Et apprehēdens eum de tur
ba seoꝛsum: misit digitos su
os in auriculas eiꝰ t expuēs
tetigit linguā eius. Et suspi
ciēs in celū: ingemuit et ait
illi. Effeta: qđ ē adapire. Et

ſtatim apte ſũt aures ei⁹ · ⁊ ſo
lutũ eſt vinculũ lingue eius
et loquebat⁹ recte. Et p̃cepit
illis: ne cui dicerẽt. Quanto
aũt eis p̃cipiebat: tãto ma/
gis pl⁹ p̃dicabãt · ⁊ eo ampli⁹
ammirabant⁹ dicẽtes. Bene
omnia fecit: ⁊ ſurdos feć au/
dire: et mutos loqui. Offer.
Precat⁹ ẽ moyſes ĩ cõſpectu dñi
dei ſui ⁊ dixit quare dñe iraſceris
in pp̃lo tuo parce ire animi tui
meméto abraã iſaac et iacob qui
bus iuraſti dare terrã fluentẽ lac
et mel et placat⁹ factus ẽ dñs de
malignitate quam dixit facere po
REſpice Secre. pulo ſuo.
dñe q̃s nr̃am ꝓpiti⁹ ſer/
uitutẽ: vt quod offeri m⁹ ſit
tibi munuſ acceptũ · ſit noſtre
fragilitati ſubſidium. P̃. Cõ
De fructu operũ tuorũ dñe ſatia
bit⁹ terra ut educas panẽ de terra
⁊ uinũ letificet cor hois ut exhila
ret faciẽ in oleo ⁊ panis cor hois
SEnti Poſt cõ. cõfirmet.
am⁹ dñe q̃s tui p̃ceptio
ne ſacramẽti ſubſidiũ mẽtis
⁊ corpis: vt in vtroq̃ ſaluati
celeſtis remedij plenitudine
gloriemur. P̃. Dñica. XIIII.
REſpice dñe ĩ teſtamẽtũ tu
um ⁊ animas pauperũ tuo
rũ ne derelinq̃as in finẽ exurge
dñe ⁊ iudica cãm tuã ⁊ ne obliui/
ſcaris uoces querẽtiũ te. P̃s. Ut
quid de⁹ repliſti ĩ finẽ irat⁹ ẽ furor
tu⁹ ſuper oues paſcue tue. Coll.
OMnps ⁊ miſericors de⁹ te
cui⁹ munere venit vt ti
bi a fidelib⁹ tuis digne ⁊ lau
dabiliť ſeruiat⁹: tribue q̃s no
bis · vt ad p̃miſſiones tuas ſi
ne offenſione curramuſ. P̃er
dominũ noſtrũ ih̃m. Ad ga/
RRẽs: Abrahe di lathas
cte ſũt p̃miſſiones: ⁊ ſe
mini ei⁹. Nõ dicit ⁊ ſeminib⁹
quaſi in multis: ſed quaſi in
vno ⁊ ſemini tuo · qui ẽ chriſt⁹
Hoc aũt dico teſtamẽtũ cõfir
matũ a deo: q̃ poſt quadringẽ
tos ⁊ trigĩta ãnos facta ẽ lex
nõ irritũ facit ad euacuandã
p̃miſſiõez. Nã ſi ex lege hęre
ditas: iam nõ ex p̃miſſione:
Abrahe aũt: p repromiſſiõez
donauit deus. Quid igit⁹ lex:
Propter trãſgreſſiões poſita
eſt: donec veniret ſemẽ cui p/
miſerat · ordinata p angelos
in manu mediatoris. Medi
ator aũt vnius non eſt: deus
aũt vn⁹ ẽ. Lex ergo aduerſus
promiſſa dei: Abſit. Si enim
data eẽt lex que poſſet viui/

ficare: vere ex lege ēēt iustícia
:Sed ꝯclusit scriptura omnia
sub ꝓccato vt ꝓmissio ex fide
ihu christi: daret credētibus.
℣. Respice dñe in testamētum
tuū ⁊ aias pauperū tuorū ne obli
uiscaris in finē. ℟. Exurge dñe ⁊
iudica cāz tuā memor esto obꝓ
brii seruorū tuorū. Alle. ℟. Ale
luia exultem⁹ dño iubilemus deo
salutari nostro. Secūdū lucam.
In illo tpe: Dixit ihs discí
pulis suis. Beati oculi: qui
vidēt que vos videtis. Dico
enī vobis: qđ multi ꝓphete ⁊
reges voluerūt videre q̄ vos
videtis ⁊ nō viderūt. ⁊ audire
que auditis ⁊ nō audierūt. Et
ecce quidā legisꝑit⁹ surrexit
temptās illū et dicēs. Ma-
gister: quid faciēdo vitā eter
nā possidebo: At ille dixit ad
eū. In lege quid scriptū est:
Quō legis: Ille rñdens: di-
xit. Diliges dñm deū tuū ex
toto corde tuo et ex tota aīa
tua ⁊ ex oīb⁹ viribꝫ tuis ⁊ ex
oīni mēte tua: ⁊ ꝓximū tuū
tanq̄z teipm. Dixitq̄z illi. Re
cte respondisti. Hoc fac: ⁊ vi
ues. Ille aūt volēs iustifica-
re seipm: dixit ad ihm. Et q̄s
est me⁹ ꝓximus: Suspicies
aūt ihs: dixit. Homo quidā
descēdebat ab ierlm in ierico
⁊ incidit ī latrones. Qui etiā
despoliauerūt eū: ⁊ plagis impo
sitis abierūt semiuiuo relicto.
Accidit aūt vt sacerdos qui-
dam descēderet eadē via: et
viso illo ꝑteriuit. Similiter et
leuita cū ēēt secus locū ⁊ vide
ret eū ꝓtrāsiꝭt. Samaritanus
aūt quidā iter faciēs venit se
cus eū: ⁊ vidēs eū. ⁊ misericor
dia mot⁹ est. Et adꝓiās alliga
uit vulnera ei⁹: infundēs ole
um et vinū. Et imponēs illū
in iumētū suū: duxit in stabu
lū: ⁊ curā eius egit. Et altera
die ꝓtulit duos denarios: et
dedit stabulario: et ait. Curā
illi⁹ habe. Et qc̄unq̄z supero
gaueris: ego cū rediero reddā
tibi. Quis hoꝝ triū videt ti
bi ꝓxim⁹ fuisse illi q̄ incidit la
trones: At ille dixit. Qui fec̄
miam in illū. Et ait illi ihs.
Vade: ⁊ tu fac similiter. Off.
In te speraui dñe dixi tu es de⁹
me⁹ in manib⁹ tuis tēpora mea:
Hostias q̄s dñe ꝓpi: Sec̄.
ti⁹ intēde: q̄s sacris alta
ribꝫ exhibem⁹ vt nobis indul
gētiā largiendo tuo nomini
dent honorem. Pdominum.

Lō. Panē de celo dedisti nobis dñe habentē oīe delectamētū t omnē saporē suauitatis: Post Uiuificet nos dñe cōmu. qs hui⁹ pticipatio sctā mysteriū: et paritē nobis expiatiōez tribuat t munimen. P Rotector Dñica. xv. noster aspice de⁹. t respice i faciē christi tui q melior ē dies una in atriis tuis super milia. ps Quā dilecta tabernacula tua domine uirtutū. Gloria. Collecta Oīps sempiterne de⁹ da nobis fidei spei t caritatis augmentum: t vt mereamur assequi qd̄ pmittis: fac nos amare qd̄ precipis. P Fres: Gpi Ad galathas ritu ambulate: t desideria carnis nō pficietis. Caro enī cōcupiscit aduersus spm: spiritus aūt aduersus carnē. Hec enī sibi iuicē aduersant vt nō quecūq; vultis illa faciatis. Qd̄ si spiritu ducimini non estis sub lege. Manifesta aūt sunt opa carnis: que sūt fornicatio. immūdicia. impudicicia. luxuria. ydolorum seruitus. veneficia. inimicicie contentiones. emulationes. ire. rixe. dissensiones. secte. inuidie. homicidia. ebrietates. comessatiōes. t his similia. q predico vobis sic̄ prediri. qm̄ qui talia agūt regnū dei non consequent. Fructus aūt spiritus est: caritas. gaudiū. pax patiētia. longanimitas. bonitas. benignitas. māsuetudo. fides. modestia. continētia. castitas. Aduersus huiusmodi: non est lex. Qui aūt sunt christi carnē suam crucifixerunt: cum vicijs t concupiscentijs. Gr. Bonū est confiteri dño et psallere nomini tuo altissime. ℣. Ad annūciādum mane mīam tuam t ueritatem tuā per noctem. Alla. ℣. Qm̄ deus magnus dñs et rex magnus super omnes deos In illo tpe: Secūdū lucā. Dū iret ihs in ierlim: trā-sibat p mediā samariā t galileam. Et cū ingrederet quoddam castellū: occurrerūt ei decem viri leprosi. qui stetērt a lōge: t leuauerūt vocē dicētes Jesu preceptor: miserere nr̄i Quos vt vidit: dixit. Jte. ostendite vos sacerdotib⁹. Et factum est dū irēt: mundati sunt. Unus aūt ex illis vt vidit quia mūdat⁹ ē: regressus est. cū magna voce magnifi-

cans deū. Et cecidit in faciē ante pedes ei⁹: gratias agēs Et hic erat samaritan⁹. Rñ/dens aūt iesus: dixit. Nonne decē mundati sunt: et nouem vbi sūt: Non est inuent⁹ qui rediret et daret glām deo: nisi hic alienigena. et ait illi: Surge vade: q⁹ fides tua: te salvū fecit. Off. Immittit angelus dñi in circuitu timētiū eum et eripiet eos. gustate et videte qm̄

Oro. Secre. suauis ē dñs Opitiare dñe pplo tuo: p/pitiare muneribus: vt hac oblatiōe placat⁹: et indulgētiā nobis tribuas: et postulata cōcedas. P. cō. Panis quē ego dedero caro mea est p⁹ seculi uita.

Sumptis dñe Post cō. celestibus sacramētis: ad redemptiōis eterne q̄s pficiamus augmētū. P. Feria. IIII In ieiunio mensis septimi. Statio ad scām mariā maiorem.

Exultate deo adiuto ri nostro iubilate deo iacob sumite psalmū iocūdum cū cithara canite inicium mēsis tuba q⁹ pcepti in israel ē et iudiciū deo iacob ps. Bucinate in neomenia tuba in insigni die solennitatis nostre Hic d⁹ dñs vobiscū. Collec.

Misericordie tue remedijs q̄s dñe fragilitas nostra subsistat: vt que sua p̄ditiōe atterit⁹ tua clemētia reparet⁹. p. 1. Le. amos pphe.

Hec dicit dñs. Ecce dies veniūt: et comphendet arator messorem: et calcator vue mittētem semen. Et stillabunt montes dulcedinē: et omnes colles culti erunt. Et cōuertā captiuitatē ppli mei israel: et edificabūt ciuitates desertas: et habitabūt in eis. Et plātabūt vineas: et bibēt vinum earū. Et facient ortos: et comedēt fructus eorū. Et plātabo eos sup humū suam: et nō euellā eos vltra de terra sua quā dedi eis. Dicit dñs oñps. By. Beata gēs cuius ē dñs de⁹ eius ppls quē elegit dñs in hereditatē sibi. ℣. Verbo dñi celi firmati sūt et spū oris ei⁹ oīs virt⁹ eorū. Hic nō repetit

Dre dñs vobis. Oremus

Osta q̄s dñe familie supplicāti: vt dū a cibis corpliby se abstinēt: a vicijs mēte ieiu

Non. II. L. libri. este. nēt. P. dieby illis: Cōgregatus est oñis ppls quasi vir vnus ad plateam que est ante portam

m

aquarū: ⁊ dixerūt esre scribe vt afferret librū legis moysi quē ꝓcepit dñs isrli. Attulit ergo esras sacerdos legē corā multitudīe virox ⁊ mulierū cūctisq; qui poterāt intellige re: in die prima mēsis septimi ⁊ legit in eo apte in platea q̄ erat añ portā aquax a mane vsq; ad mediā die: in ꝓspectu virox ac mlierx ⁊ sapietiū. Et aures ois ppli: erāt erecte ad librū. Stetit aūt esras scriba sup gradū ligneū quē fecerat ad loquēdū: ⁊ steterūt iuxta eū. Et apuit esras librū corā omni ppło: ⁊ bñdixit esras do mino deo magno. Et respon dit oīis ppls amē. Eleuātes oīis ppls manꝰ suas incurua ti sunt: ⁊ adorauerūt pni in ter ram. Porro leuite silētiū faci ebant in ppło: ad audiēdam legē. Populus aūt stabat in gradu suo: ⁊ legerunt in libro legis dei distincte ⁊ apte ad i telligendū. Dixit aūt neemi as ⁊ esras sacdos ⁊ scribe ⁊ le uite: interpretātes vniuerso ppło. Dies sanctificatꝰ ē dño deo nro: nolite lugere ⁊ noli te flere. Et dixit eis. Ite ⁊ co medite pinguia ⁊ bibite mul sum: ⁊ mittite ptes ei q̄ nō p parauit sibi: q; scūs dies dñi est: ⁊ nolite ꝓtristari. Gaudi um eteni dñi: ē fortitudo no stra. Ps. Quis sicut dñs deus noster qui in altis habitat humi lia respicit in celo et in terra. ℣. Suscitās a terrā inopē ⁊ de ster core erigēs paupē. Scdz marcū In illo tpe: Rndens vnꝰ d turba: dixit ad ihm. Ma gister: attuli filiū meū ad te habētē spm mutū: qui vbicū q; eū apphenderit allidit eū et spumat: ⁊ stridet dentib: ⁊ arescit. Et dixi discipulis tuis vt eicerēt illū: et nō potuerūt Qui rndens eis: dixit. O ge neratio incredula: quādiu a pud vos ero ⁊ Quādiu vos patiar: Afferte illum ad me Et attulerūt eū. Et cū vidis set illū: statim spūs cōturba uit eū: ⁊ elisus ī terra voluta batur spumās. Et interroga uit prēm eiꝰ. Quantū tempo ris est ex quo hoc ei accidit: At ille ait. Ab infātia. Et fre quēter eū in ignē ⁊ in aquas misit: vt eū pderet. Sz si qd potes adiuua nos misertꝰ nri Jesus aūt: ait illi. Si potes credere: oia possibilia creden

ti. Et cõtinuo erclamans pa/
ter pueri cũ lacrimis: aiebat.
Credo dñe: adiuua incredu/
litatẽ meã. Et cum videret ie
sus cõcurrẽtem turbã: cõmi
natus ẽ spiritui imundo. di/
cens illi. Surde ⁊ mute spũs
ego tibi pcipio exi ab eo. ⁊ am
pli⁹ ne introeas in eũ. Et cla
mãs ⁊ multũ discerpens eũ:
exiit ab eo. Et factus est sicut
mortu⁹: ita vt multi dicerent
q⁹ mortu⁹ ẽ. Jhs aũt tenens
manũ ei⁹: eleuauit eũ. ⁊ sur/
rexit. Et cũ introisset ĩ domũ
discipli ei⁹ secreto interroga
bãt eũ. Quare nos nõ potui
mus eicere eũ: Et dixit illis
Hoc gen⁹ in nullo potest exi/
re: nisi ĩ oratõe ⁊ ieiunio. Off
Meditabor in mãdatis tuis q̃
dilexi ualde ⁊ leuabo man⁹ meas
ad mãdata tua que dilexi. Sec̃.
Hec hostia dñe q̃s emũ/
det nra delicta. ⁊ sacrifi
ciũ celebrãdum subditor̃ tibi
corpa mẽtes q̃ scificet. ℣. cõ
Comedite pinguia ⁊ bibite mul/
sum ⁊ mittite ptes eis q̃ nõ ꝑpa/
rauerũt sibi sanct⁹ eni dies dñi ⁊
nolite cõtristari gaudiũ eterni dñi
Su ℣. cõ ẽ fortitudo nostra
Mentes dñe dona cele/
stia suplicĩter deꝑcamur: vt
que sedula seruitute donãte
te gerim⁹: dignis sensib⁹ tuo
munere capiam⁹. ℣. Fe. VI. ad scos aplos
Letetur cor querẽtiũ dñm
querite dñm ⁊ cõfirmami/
ni querite faciẽ ei⁹ semp. ℣. Cõ
fitemini dño ⁊ inuocate nomẽ ei⁹
annũciate iter gẽtes opa ei⁹. Coll
Presta q̃s omnps de⁹: vt
obseruatões sacras an/
nua deuotiõe rocolẽtes: ⁊ cor
pore tibi placeam⁹ ⁊ mẽte. ℣
Hec di Lec. osee pphete
cit dñs de⁹. Conuertere
israel ad dñm deũ tuũ quoni
am corruisti ĩ iniquitate tua.
Tollite vobiscũ verba: ⁊ con
uertimini ad dñm ⁊ dicite ei
Oẽm aufer iniquitatẽ. ⁊ acci
pe bonũ. ⁊ reddem⁹ vitulos la
bior̃ nror̃. Assur nõ saluabit
nos: sup̃ equos non ascende
m⁹. nec dicem⁹ vltra dij nri
opa manuũ nrar̃. quia ei⁹ qui
ĩ te ẽ misereberis pupilli. Ba
nabo cõtritiões eor̃: diligam
eos spõtanee. q⁹ auersus est
furor me⁹ ab eis. Ero quasi
ros: isrl̃ germinabit quasi li/
liũ. Et erũpet radix ei⁹ vt liba
ni: ibũt rami ei⁹. Et erit qua/
si oliua gloria ei⁹: ⁊ odor eius

vt libani. Cõuertentur sedẽ tes in vmbra ei⁹: viuẽt triti co⁹ & germinabũt quasi vinea Memoriale ei⁹: sic vinũ li bani. Ego exaudiã et dirigã eum vt abietem virentẽ. Ex me fruct⁹ tu⁹ inuẽt⁹ ẽ. Quis sapiẽs intelliget ista: itelligẽs & sciet hec: quia recte vie dñi & iusti ãbulabũt in eis. Gy. Cõ uertere dñe aliquãtulũ & deprecare sup seruos tuos. ℣. Dñe re fugiũ fact⁹ es nobis a generatiõe & pro Millo Scõm lucã. genie: tpe: Rogabat ihm quidã phariseꝰ: vt mãducaret cũ il lo. Et ingressus domũ phariseꝰ discubuit. Et ecce mlier que erat in ciuitate peccatrix: vt co gnouit qđ accubuisset in domo phariseꝰ: attulit alabastꝝ vn guẽti: & stãs retro sec⁹ pedes ei⁹. lacrimis cepit rigare pe des ei⁹: & capillis capitis sui tergebat. Et osculabat pedes ei⁹: & vnguẽto vngebat. Vi dẽs aũt phariseꝰ q vocauerat eũ: ait intra se dicẽs. Hic si eẽt ꝓpheta: sciret vtiq; que & qualis ẽ mulier q tãgit eũ: q peccatrix ẽ. Et rndẽs ihesus dixit ad illũ. Symõ: habeo ti bi aliquid dicere. At ille ait. Magister: dic. Duo debito resˢ erãt cuidã feneratori: vn⁹ debebat denarios quingẽtos: & alius quinquaginta. Nõ habẽtib⁹ illis vñ reddere: donauit vtriq;. Quis ergo eũ pl⁹ diligit: Rndẽs symon: dixit. Estimo q; is cui pl⁹ donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et cõ uersus ad mlierẽ: dixit symo ni. Vides hãc mlierẽ: Intra ui in domũ tuã: aquã pedib⁹ meis nõ dedisti. Hec ãt lacri mis rigauit pedes meos: & ca pillis suis tersit. Osculũ mi hi nõ dedisti: hec ãt ex quo in trauit: nõ cessauit osculari pe des meos. Oleo caput meũ nõ vnxisti: hec aũt vnguẽto vnxit pedes meos. Propt qđ dico tibi: remittũt ei peccata mlta qm dilexit mltũ. cui ãt min⁹ dimittit: minus diligit Dixit ãt ad illã. Remittũt ti bi peccata. Et ceperũt q sil accũ bãt dicere intra se. Quis est hic qui etiã peccata dimittit Dixit ãt ad mlierẽ Fides tua te saluã fec. Vade: in pace. off Bñdic aia mea dñoꝝ noli obliui sci oes retributiões ei⁹ & renouabit Al Bec sic aqle inuẽt⁹ tua cepta tibi sint dñe qs

nrī dona ieiunij ·que et expiā
do nos tua grā dignꝰ efficiāt
et ad sempitēna pmissa pdu-
cāt. ℣. Lō. Aufer a me obpro
briū ⁊ cōceptū qz mādata tua erq
siui dñe. nā ⁊ testimōia tua medi
Quesu ℣ost cō. ratō mea ē
mꝰ omps deꝰ: vt de pce
ptis muneribꝫ grās exhiben-
tes ꝫficia potiora sumamꝰ
℣ Sabbato ad duodecī lect.
Oratio ad scm petrum
Venite adorem⁹ deū ⁊ pro
cidam⁹ añ dñm plorem⁹ añ eū q
fecit nos qz ipe ē dñs deꝰ noster
℣. Venite exultem⁹ dño iubile-
m⁹ deo salutari nostro hic nō dz
Odns vobiscum Orem⁹
Omps sempiterne deꝰ q
p cōtinētiā salutarē ⁊ corpori
bus mederis ⁊ mētibꝫ. maie
statē tuā supplices exoram⁹:
vt pia ieiunātium tepcatōe
placat⁹. ⁊ psentia nobis subsi
dia pbeas ⁊ futura. ℣. i. lec. li-
In diebꝫ illis bri. Leuitici
Locutꝰ ē dñs ad moysē di-
cēs. Decimo die mēsis huiꝰ
septimi. dies expiationū erit
celebꝛrimus: ⁊ vocabit scūs
Affligetis qꝫ aīas vras ī eo:
et offeretis holocaustū dño
Omne opus nō facietis ī tpe
diei huiꝰ: qz dies ꝓpitiatōis
ē: vt ꝓpitiet vobis dñs deus
vr. oīs aīa q afflicta ñ fuerit
die hoc pibit de pplis suis. Et
q opis quippiā fecerit: dlebo
eā de pplo suo. Nihil g opis
facietis ī eo. Legitimū sēpi-
nū erit vobis: ī cūctis gene-
ratōibꝫ ⁊ habitationibꝫ vris
Sabbatū requietiōis ē: affli-
getis aīas vras. A die nono
mensis a vespe vsqꝫ ad vespū
celebrabitis sabbata vestra.
Dic dñs omps. ℣ Propitꝰ
esto dñe pcis nostris neqñ di-
cant gentes ubi est deus eorum
℣. Adiuua nos deus salutaris
noster ⁊ propter honorem nois
Oa Re. tui dñe libera nos
nobis qs omps deꝰ: vt
ieiunādo tua grā satiemur: ⁊
abstinēdo cūctis efficiam⁹ ho
stibꝫ fortiores. ℣. ii. lec. libri
In diebꝫ illis: locu. Leuitici
Itꝰ ē dñs ad moysē dicēs A
quitadecia die mēsis septimi
qñ congregaueritis oēs fructꝰ
terre vre: celebrabit⁹ feriās dñi
septē diebꝫ. Die pmo ⁊ die oc
tauo: erit sabbatū ideſt requi-
es. Sumetisqꝫ vobis die pri
mo fructꝰ arboris pulcherrie
spathasqꝫ palmaꝝ ⁊ ramos li-
gni densarū frondiū ⁊ salices de

torẽte: et letabimi coꝝ dño deo vrõ: celebrabitis q̃ solẽnitatẽ ei⁹ septẽ dieb p ãnũ. Legitimũ sempiternũ erit i generatiõib vris. Mense septimo festa celebrabitis: & habitabitis in umbraculis septẽ dieb Omis q̃ d̃ genere ẽ isrl̃ mãebit in tabernaclis: vt discãt posteri vri qd̃ in tabernaclis habitare feceri filios isrl̃ cũ educerẽ eos de tra egypti: ego dñs de⁹ vr̃. ℟. Protector noster aspice deus & respice super seruos tuos. ℣. Dñe de⁹ uirtutũ exaudi ꝓces seruoꝝ tuoꝝ. ℟. Quere q̃s dñe familiã tuam: vt salutis eẽne remedia q̃te aspirãte requirim⁹: te lat ente cõsequam. p. III. Le. mi/

Oñe de⁹ nr̃ parchee pphe. sce pplm tuũ i virga tua gregẽ hereditatis tue: habitãtes tra cũ salute iuxta dies antiquos. Uidebũt gẽtes & pfũ dẽt sup oi fortitudie sua Omñ q̃s de⁹ filis tui: q̃ aufers iniq̃tatẽ & trãsfers pctm̃ reliq̃ax hereditatis tue: Nõ imittet vltra furorẽ suũ i nos: qm̃ volẽs misdia ẽ reuertet & miserebit nr̃i deponet iniquitates nr̃as: & piciet in pfũdo maris oia pcta nr̃a. Dabis veritatẽ iacob misdiaz abraã: q̃ iurasti pribꝫ nr̃is a diebꝫ ãtiq̃s dñe de⁹ nr̃. ℣. Dirigat oratio mea sic icensũ i cõspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuũ meatũ sacrifi/

Dña q̃s ℟. ciũ uespertinũ. Dñe sic nos ab epulis abstinere carnalib⁹: vt a vicis irruẽtib pit ieiunem⁹. Pro. IIII. Lec. zacharie pphete. In diebꝫ illis: Factũ ẽ verbũ dñi ad me dicẽs. Hic cogitaui vt afligerẽ vos cũ me ad iracũdiã puocassent prẽs vri & nõ sũ miserꝫ: sic conuersus cogitaui in diebꝫ istis. vt bñfaciã ierlm & domui iuda. Nolite timere. Hec sũt q̃ verba q̃ facietis. Loq̃mi veritatẽ vn⁹ quisq̃ cũ primo suo: veritatẽ & iudiciũ pacis iudicate i portis vris: & vnusq̃sq̃ malũ cõtra amicũ suũ ne cogitetis in cordib⁹ vris: & iuramẽtũ mẽdax ne diligatis. Hec ei hec sũt q̃ odi dic̃ dñs. Et factũ ẽ verbũ dñi exercituũ ad me dicẽs hec dicit dñs exercituũ. Ieiuniũ q̃rti & ieiuniũ quinti & ieiuniũ septi & ieiuniũ decimi erit domui iude i gaudiũ & i leticiã & i solẽnitates pclaras. Ueritatẽ tm̃ & pacẽ diligite dic̃ dñs oñps ℣. Conuertere dñe aliquantulũ

et deprecare sup seruos tuos. ℣. Dñe refugiū fact⁹ es nobis a generatione ⁊ progenie. Oremus.

Ut nos dñe tribuis solēne tibi deferre ieiuniū: sic nobis q̄s indulgētie p̄a subsidiū. ℣. Lec. daniel' ph̄.

In diebꝫ illis: Angel⁹ dñi descēdit cū azaria ⁊ sociis ei⁹ in fornacē: ⁊ excussit flāmā ignis de fornace: ⁊ fec̄ mediū fornacis quasi vētū roris flantē. Flāma aūt diffusa est sup fornacē cubitis quadraginta nouē: ⁊ incēdit quos repit iuxta fornacē d̄ caldeis. ministros regis q̄ eā incendebant. Illos autē oīno nō tetigit ignis neq; cōtristauit: nec q̄q; molestie ītulit. Tūc hi tres quasi ex vno ore ymnū dicebāt: ⁊ magnificabāt deū in

Be ymn⁹ fornace dicētes. Benedict⁹ es dñe de⁹ patrū nostrorū. Et laudabilis ⁊ gl'osus in secla. ℣. Et bñdictū nom̄ glie tue quod ē scm̄. Et laudabile ⁊ gl'osū in secla. ℣. Bñdict⁹ es i tēplo scē glie tue. Et lau. ℣. Bñdict⁹ es sup thronū scm̄ regni tui. Et laud. ℣. Bñdict⁹ es sup ceptrū diuinitatis tue. Et lauda. ℣. Bñdict⁹ es q̄ ambl'as sup p̄enas ueterū. Et laud. ℣. Bñdict⁹ es q̄ sedes sup cherubi intuēs abissos. Et lauda. ℣. Bñdicāt te oēs angeli ⁊ sci tui. Laudabilē ⁊ gl'osū i scla. ℣. Bñdicāt te celi terra mare ⁊ oia q̄ in eis sūt. Laudabilē. ℣. Gl'a patri ⁊ filio ⁊ spūiscō. Laudabili ⁊ gl'oso in scla. ℣. Sicut erat in p̄icipio ⁊ nūc ⁊ semp ⁊ in secla seculorū amē. Et laus ⁊ honor ⁊ ptās ⁊ imperiū. ℣. Bñdictus. Hic dr

Deus qui dñs vobiscū: tribus pueris mitigasti flāmas igniū: cōcede ꝓpitius vt nos famulos tuos no exuret flāma vitioꝝ. ℣. Sequit' coll'. Cōcede nos fam̄l'. nec vlla ampli⁹ nisi d̄ vigilia sci mathei si h̄ euenerit. aut de sctis thebeis si festiuitas hic occurrerit. aut certe d̄ capll̄ tricenario. seu uīti defuncto. Ad he

Res: Tabernaculū factū ē primū. in quo erāt cādelabra ⁊ mēsa ⁊ ꝓpositio panū: qd̄ dicit' scā. Post velam̄tū ent̄ scd̄m tabernaculū qd̄ dicit' scā scōꝝ: aureū habēs thuribulū ⁊ arcā testam̄ti circūtectā ex oī pte auro. In qua vrna aurea h̄ns mānā. ⁊ virga aaron que frōduerat ⁊ tabule testamēti: super que

erant cherubin glorie obumbrãtia ꝓpiciatoriũ. De quibꝫ nõ est modo dicẽdũ ꝑ singula. His vero ita cõpositis: in priori quidẽ tabernaculo semꝑ introibãt sacẽdotes· sacrificiorũ officia ꝯsummãtes. In scõdo vero semel ĩ anno solus põtifex· nõ sine sãguine quẽ offert ꝓ sua ⁊ ꝓpli ignorãtia: hoc significãte spũ scõ· nõdum propalatã eẽ sctõꝝ viã· adhuc priore tabernaculo habẽte statũ Que pabola ẽ tempis instantis: iuxta quã munera et hostie offeruntᷣ q̃ nõ possunt iuxta ꝯsciẽtiã ꝑfectũ facere seruiẽtem solũmodo in cibis ⁊ in potibꝫ ⁊ variis baptismatibus ⁊ iustificijs carnis· vsqꝫ ad tempꝰ correctiõis impositis. Christus aũt assistẽs põtifex futurorꝝ bonorꝝ· pamplioꝝ ⁊ ꝑfectius tabernaclm nõ manufactũ id ẽ non hui⁹ creatõis· neqꝫ ꝑ sãguinẽ hircorꝝ aut vitulorꝝ· sed ꝓꝓriũ sãgũinẽ introiuit semel in scã: eterna redẽptiõe inuẽta. Tractus

Laudate dñm oẽs gẽtes ⁊ collaudate eũ oms ppli. ℣. Quñ cõfirmata ẽ sup nos misericordia ei⁹ ⁊ ueritas dñi manet in eternũ.

In illo tpe: Scõm lucam.

Dicebat ihs turbis similitudinẽ hãc. Arborem fici habebat quidã plãtatã in vinea sua: ⁊ venit querẽs fructũ in illa. ⁊ non inuenit. Dixit aũt ad cultorẽ vinee. Ecce anni tres sũt ex quo venio querẽs fructũ in ficulnea hac: ⁊ non inuenio. Succide ꝯ illã. Ut quid etiã terrã occupat: At ille rñdens: dixit illi. Dñe: dimitte illã· et hoc anno: vsqꝫ dũ fodiã circa illã. ⁊ mittam stercora. Et siquidem fecerit fructũ: sinaũt in futurꝫ succides eã. Erat aũt docẽs ĩ synagoga eorũ sabbatis. Et ecce mlier que habebat spm infirmitatis annis decẽ ⁊ octo: et erat inclinata. nec oñino poterat sursũ respicere. Quã cũ videret ihs: vocauit ad se et ait illi. Mlier: dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manꝰ: ⁊ cõfestim erecta ẽ ⁊ glorificabat deũ. Rñdẽs aũt archisynagogꝰ. indignãs qꝛ sabbato curasset ihs: dicebat turbe. Sex dies sunt: in quibus oportet operari. In his ꝯ venite ⁊ curamini: et non in die sabbati. Rñdit aũt ad illũ

dñs ⁊ dixit. Hipocrite: vnus quisq; vr̄m sabbato nō soluit bouē suū aut asinū a p̄sepio. ⁊ ducit adaquare. Hanc aūt filiā abrahe quā alligauit sathanas ecce decē ⁊ octo annis nō oportuit solui a vinculo isto die sabbati: Et cum hec diceret: erubescebāt oēs aduersarij ei⁹. Et ois pl̄s gaudebat in vniuersis: que gloriose fiebāt ab eo. Off. Dñe de⁹ salutis mee in die clamaui ⁊ nocte coram te intret oratio mea i cōspectu

Once Secrete. tuo dñe. de qs oīps de⁹. vt oculis tue maiestatis mun⁹ oblatū ⁊ grām nobis deuotionis obtineat ⁊ affectū bt̄e ph̄enitatis acquirat. P. Cō. Men se septimo festa celebrabitis cum in tabernaculis habitare feceri filios isr̄l cū educerē eos de terra egypti ego dñs de⁹ uester. P. cō

Perficiāt in nobis qs domine tua sacramēta qđ cōtinēt: vt que nūc specie gerim⁹: rerū veritate capiam⁹. p

Inclina dñe Domica. xvi. aurē tuā ad me ⁊ exaudi me salū fac seruū tuū de⁹ me⁹ sperantē in te miserere mihi dñe qm̄ ad te clamaui tota die. P3. Lustodi a/

nimā meā qm̄ scūs sū saluum fac seruū tuū de⁹ me⁹ sperātem in te

Custodi dñe qs Collecta ecclesiā tuā ꝑpiciatione ꝑpetua: ⁊ q⁹ sine te labit̄ humana mortalitas: tuis semp auxilijs: ⁊ abstrahat̄ a noxijs. ⁊ ad salutaria dirigat̄. p. Ad

Frēs: Si viui galathas m⁹ spū: spū et ambulem⁹. Nō efficiamur ianis gl̄e cupidi: inuicē ꝓuocātes: inuicē inuidētes Frēs: ⁊ si p̄occupat⁹ fuerit hō in aliquo delicto: vos q̄ spiritales estis huiusmodi instruite in spū lenitatis. cōsiderās teipm ne ⁊ tu tēpteris. Alter alteri⁹ onera portate. ⁊ sic adimplebitis legē xp̄i. Nam si quis estimat se aliq̄d eē cum nihil sit ip̄e se seducit Opus aūt suū probet vnusquisq; ⁊ sic in semetip̄o tantū gl̄az habebit ⁊ nō in altero Unusquisq; enī onus suū portabit. Cōmunicet aūt his qui catechizat̄ verbo: ei q̄ se catechizat. in oīb⁹ bonis. Nolite errare: de⁹ nō irridet̄. Que enī seminauerit hō: hec ⁊ metet Quoniā qui seminat i carne sua: de carne ⁊ metet corruptiōz. Qui aūt seminat in spū

m v

te spū metet vitā eternam. Bonū aūt facientes nō deficiam⁹: tpe enī suo metem⁹ non deficientes. Ergo dū tempus habem⁹ operemur bonū ad oēs maxime aūt: ad domesticos fidei. Bonū ē cōfidere i dño q̄ cōfidere in hoie. Bonū est spare in dño q̄ spare i pncipib⁹ Alla. Timebunt gētes nomē tuū dñe et oēs reges terre glām tuā. Ad. Ilo tpe: Dixit ihs discipls suis. Nemo pōt duob⁹ dñis seruire. Aut enī vnū odio habebit et alterū diliget: aut vnū sustinebit et alterū cōtemnet Nō potestis deo seruire et mā mone. Ideo dico vobis: ne solliciti sitis aīe vre qd mādu cetis. neq̄ corpi vro qd indu amini. Nōne anima plus est q̄ esca et corp⁹ plus q̄ vestim tum: Respicite volatilia celi qm nō serūt, neq̄ metunt ne q̄ congregāt in horrea: et pater vester celestis pascit illa. Nō ne vos magis pluris estis illis: Quis aūt vrm cogitans potest adicere ad staturā suā cubitū vnū: Et de vestimen to quid solliciti estis: Cōside rate lilia agri: quō crescunt. Nō laborāt: neq̄ nent. Dico aūt vobis: qō nec salomō in oīi gla sua coopt⁹ ē sic vnū ex istis: Si autē fenū agri qō hodie ē et cras in clibanū mit titur. de⁹ sic vestit: quātoma gis vos minime fidei: Noli te g̃ solliciti eē dicētes. quid maducabim⁹ aut quid bibe mus. aut quo opiemur. Hec enī oīa: gētes inquirūt. Scit enī pater vester: q̄ his oīib⁹ indigetis. Querite g̃ primū regnū dei et iusticiā ei⁹: et hec oīa: adicient vobis. Off. Ex pectās expectaui dñm et respexit me et exaudiuit deprecatōez meā et immisit in os meū canticū no uū ymnū deo nostro. Secreta. Concede nobis dñe. vt hec hostia salutaris et nrōz fiat purgatio delictorū et tue ppitiatio potestatis. Pō. Lo. Qui māducat carnē meā et bibit sanguinē meū in me manet et ego in eo dicit dñs. Post cō. Vtificent semp et muni ant tua sacramēta nos de⁹: et ad ppetue ducāt salua tiōis effectū. p. Omca. XVII. Iserere mihi domie qm ad te clamaui tota die. q̄ tu dñe suauis ac mitis es et co

pioſus in miſericordía oibꝫ inuocã tibꝫ te. ℣. Inclia dñe aurẽ tuã ꝛ exaudi me qm̃ iopſ ꝛ paup ſũ ego Ecclesiam tuã dñe Col miseratio ꝓtinuata mũ det ꝛ muniat: ꝛ qꝫ ſine te nõ poteſt ſalua cõſiſtere: tuo ſẽp munere gubernet. ℟. ꝙ. Ad Fr̃es: Obſecro ephesios vos ne deficiatis in tri bulatiõibꝫ meis pro vobis: q̃ eſt gl̃a vr̃a. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem dñi nr̃i ih̃u xp̃i. ex quo omnis paternitas in celis ꝛ in terra nominat: vt det vobis ſcõm diuitias gl̃e ſue virtutẽ corro borari p ſpm̃ ei⁹ i interiore ho mine. habitare xp̃m p fidem in cordibꝫ vr̃is. In caritate ra dicati ꝛ fũdati: vt poſſitis cõ p hendere cũ oibꝫ ſcis. q̃ ſit lati tudo ꝛ lõgitudo. ꝛ ſublimitas et ꝓfundum. Scire etiã ſup eminentẽ ſciẽtie caritatẽ xp̃i vt impleamini in oẽm pleni tudinẽ dei. Ei aũt qui potens eſt oia facere ſupabundãter q̃ petim⁹ aut intelligim⁹ ſe cũdũ virtutẽ que opatur in nobis: ipi gl̃a in eccleſia et in chriſto ieſu: in oẽs generatio nes ſeculi ſeculoꝝ amẽ. ℣ꝫ. Timebũt gẽtes nomẽ tuũ dñe ꝛ oẽs reges terre gl̃az tuã. ℣. Qm̃ edificauit dñs ſion et uidebit in maieſtate ſua. Alla. ℣. Cõfitemi ni dño ꝛ inuocate nomẽ ei⁹ annũ ciate inter gẽtes opa ei⁹. Scõm In illo tpe: Ibat ih̃s lucã. in ciuitatẽ q̃ vocat naym ꝛ ibãt cũ illo diſcipli ei⁹ et tur ba copioſa. Cũ aũt approp in quaret porte ciuitatis: ecce de funct⁹ efferebat filius vnic⁹ mr̃is ſue. Et hec vidua erat ꝛ turba ciuitatis multa cũ illa Quã cũ vidiſſet dñs: miſeri cordia mot⁹ ſup eam dixit illi Noli flere. Et acceſſit ꝛ tetigit loculũ. Hi aũt qui porta bãt: ſteterunt. Et ait. Adole ſcens: tibi dico ſurge. Et re ſedit qui erat mortu⁹: ꝛ cepit loqui. Et dedit illũ matri ſue Accepit aũt oẽs timor: ꝛ ma gnificabant deum dicentes. Quia ꝓpheta magn⁹ ſurrexit in nobis: ꝛ quia de⁹ viſitauit plebẽ ſuã. Off. Dñe i auxiliũ meũ reſpice cõfũdãt ꝛ reuereãt q̃ q̃rũt aiaz meã ut auferãt eã. Sec Gna nos dñe ſacramẽta cuſtodiãt ꝛ cõtra diabo licos tueãt ſemp incurſus. p Cõ. Domie memorabor iuſticie

tue solius dē docuisti me a iuuē
tute mea ⁊ usq; in senectā et seni
um dē ne dereliquas me Post
Mentes nras ⁊ cor cō.
pora possideat qs dñe
ihū celestis opatio: ⁊ vt non
noster sensus in nobis: sed iu
giter eī pueniat effect⁹. ℣.
Justus es do Dñica.XVIII
mine ⁊ rectū iudiciū tuum fac
cū seruo tuo secūdū misericordiā
tuā. ℟. Beati imaculati i uia q̄
ambulat in lege dñi. Col.
Cla nos dñe qs grā sp
⁊ pueniat ⁊ sequat: ac bonis
opib⁹ iugiter p̄stet eē intētos
℣ dñi. Ad ephesios.
Frēs: Obsecro vos ego
vinct⁹ in dño: vt digne ambu
letis vocatiōe qua vocati e-
stis. cū omni humilitate ⁊ mā
suetudīe cū patiētia supportā
tes inuicē in caritate. Solli-
citi seruare vnitatē spūs: in
vínculo pacis. Unū corpus ⁊
vn⁹ spūs: sicut vocati estis in
vna spē vocatiōis vre. Unus
dñs: vna fides. vnū baptis-
ma. Unus de⁹ ⁊ pater omniū
qui sup oēs ⁊ per omnia ⁊ in
omnib⁹ nobis. Qui ē bñdi-
ct⁹: in secula seculoꝝ. ℟. Bea
ta gēs cui⁹ est dñs deus eius po
plus quē elegit dñs in hereditā-
tē sibi. ℣. Verbo dñi celi firmati
sunt ⁊ spū oris eius oīs virtus
eorū. Alla. ℣. Paratū cor meū
deus paratū cor meū cantabo et
psallā in gloria mea. Secūz lucā
In illo tpe: Cum intraret
ihesus i domū cuiusdā prin-
cipis pharisеoꝝ sabbato mā
ducare panē: ⁊ ipi obseruabāt
eū. Et ecce homo quidā ydro
picus: erat ante illū. Et respō
dens ihesus: dixit ad legispi-
tos ⁊ pharisеos dicēs. Si li-
cet sabbato curare: At illi ta
cuerūt. Ipse vero apphēsum
sanauit eū: ac dimisit. Et rn̄
dēs ad illos. dixit. Cui⁹ vr̄m
asin⁹ aut bos in puteū cadit.
⁊ nō cōtinuo extrahet illū die
sabbati: Et non poterant ad
hec rn̄dere illi. Dicebat autē
⁊ ad inuitatos parabolā. intē
dens quō primos accubitus
eligerēt: dicēs ad illos Cū in
uitat⁹ fueris ad nuptias: nō
discūbas i pmo loco · ne forte
honoratior te sit iuitat⁹ ab il-
lo · et veniēs is qui te ⁊ illum
vocauit dicat tibi da huic lo
cū · et tunc incipias cum rubo
re nouissimum locum tenere
Sed cū vocatus fueris: vade

et recūbe in nouissimo loco. vt cū venerit qui te inuitauit dicat tibi. amice ascēde supe/rius. Tūc erit tibi gl'a coram sil' discūbentib⁹: quia oīs qui se exaltat humiliabit'. Et qui se humiliat: exaltabit'. off. Ora ui deū meū ego daniel dicens er/audi dñe p̄ces serui tui illumina faciē tuā sup sanctuariū tuū t pro pit⁹ intēde pplm istum sup quē invocatū ē nomē tuū de⁹. Bec̄.

Munda nos dñe sacri/ficij p̄sentis effectu: t pfice miserat⁹ in nobis: vt ei⁹ mereamur eē pticipes. P. cō Uouete⁊ reddite dño deo uestro oīes qui incircuitu ei⁹ affertis munera. terribili et ei qui aufert spm̄ principū terribili apud oīes

Purifi Post cō. reges tre. ca dñe q̄s mentes nr̄as benignus. t renoua celestib⁹ sacramētis: vt ꝓsequenter t corpor⁊ presens pariter t futu rū capiam⁹ auxiliū. P. Dñi

Qui pacē domie ca .xix. sustinētib⁹ te. ut prophete tui fideles inueniant' eraudi p̄ces serui tui t plebis tue isr̄l. ps. Le/tat⁹ sum in his q̄ dicta sunt mihi

in domū dñi ibim⁹ Coll'. Da q̄s dñe pplo tuo diab/lica vitare ꝓtagia: t te solū dñm pura mēte sectari. Per.

Lēs: Ad chorinthios: Grās ago deo meo sem/per p vobis in grā dei que da ta est vobis in xp̄o ih̄u: q⁹ in oīb⁹ diuites facti estis in il/lo: in oī verbo t in oī sciētia sicut testimoniū xp̄i ꝓfirma/tū ē in vobis: ita vt nihil vo/bis desit in vlla grā: expectan/tib⁹ reuelationē dñi nr̄i iesu christi. Qui t ꝓfirmabit vos vsq⁊ in finē sine crimine: in die aductus dñi nr̄i iesu xp̄i. Gr̄. Letat⁹ sū in his que dicta sunt mihi in domū dñi ibim⁹. v. Fiat pax in uirtute tua t abūdan tia in turribus tuis. Alla. v. Qui timēt dñm spent in eū adiutor et protector eorū ē. Sc̄d̄ matheū

In illo tpe: Cōuenert pha risei in vnū: t inꝛrogauit ih̄m vn⁹ ex eis legis doctor tē ptās eū. Magister: qd̄ ē mā datū magnū in lege: Ait illi ih̄s. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo: t in tota aīa tua t in tota mēte tua. Hoc ē ma ximū t primū mādatū. Sc̄d̄ ām: silr̄ ē huic. Diliges primū tuū: sic̄ teipm. In his duob⁹ mādatis: vniuersa lex pēdet

et pphete. Cōgregatis ãt pha
riseis: iterrogauit eos ihs di
cēs. Quid vobis videtur de
xpo. cui⁹ filius ē: Dicūt ei. Da
uid. Ait illis. Quō g dauid
in spū vocat eū dñm dicens
dixit dñs dño meo sede a der
tris meis. donec ponã inimicos
tuos scabellū pedū tuoꝝ: Si
ergo dauid vocat eum dñm:
quō filius ei⁹ est: Et nemo po
terat respōdere ei verbū: neq;
ausus fuit quisq; ex illa die:
eū amplius interrogare. Off.
Sacrificauit moyses altare dño of
ferēs sup illud holocaustū et imo
lans victimas fec sacrificiū matu
tinū in odorē suauitatis dño deo
incōspectu filiorū israel. Secre.
Maiestatē tuã dñe sup
pliciter depcamur. vt
hec scã que gerimus et a pteri
tis nos delictis eruãt et futu
ris. P. Cō. Tollite hostias et in
troite in atria ei⁹ adorate dñm in
An Post cō. aula scã ei⁹
ctificatiōibꝫ tuis omps
de⁹ et vicia nra curet: et reme
dia nobis eterna pueniãt. P
Alus ppli Dñica. xx.
ego um dic dñs de quacū
q; tribulatiōe clamauerit ad me
exaudiã eos et ero illorū dñs in per
petuū. ps. Attēdite pple me⁹ le
gē meã iclinate aurē uestrã i uerba
Origat Collec. oris mei
corda nostra dñe qs tue
miserationis opatio: q; tibi si
ne te placere nō possum⁹. P.
Res: Re Ad ephesios
nouami spū mētis vre
et iduite nouū hominē qui se
cūdū deū creat⁹ ē. in iusticia
et scitate veritatis. Propt qđ
deponētes mēdaciū. loquimi
ni veritatē vnusquisq; cū pri
mo suo: qm sum⁹ invicē mē
bra. Irascimi: et nolite peccare
Sol nō occidat sup iracūdiã
vram. Nolite locū dare dia
bolo. Qui furabat iam nō fu
retur. Magis aũt laboret o
perando manibꝫ suis qđ bo
nū est: vt habeat vnde tribu
at: necessitatem patiēti. Gr.
Dirigat oratio mea sicut incēsū
in cōspectu tuo dñe. v. Eleuatio
manuū mearū sacrificiū vespertī
nū. Alla. v. Dextera dei fec vir
tutē dextera dñi exaltauit me: Se
In illo tpe: cūdū mathеū.
Ascēdēs ihs in nauiculã
transfretauit et venit in ciuita
tē suã. et ecce offerebãt ei pa
raliticū: iacētem in lecto. Et
vidēs ihs fidē illoꝝ: dixit pa

ralitico Confide fili: remittũ
tur tibi peccata tua. Et ecce
quidã ꝺ scribis dixerũt intra
se. Hic blasphemat. Et cum
vidisset ihs cogitatiões eorũ
dixit. Ut quid cogitatis ma/
la in cordib vrīs? Quid est
facili⁹ dicere: dimittunt tibi
peccata. aut dicere surge ⁊ am
bula: Ut aũt sciatis quomã
fili⁹ hois habet potestatem in
terra dimittẽdi peccata: tunc
ait paralitico. Surge tolle le
ctũ tuũ ⁊ vade in domũ tuã.
Et surrexit ⁊ abijt in domum
suã. Uidẽtes aũt turbe timu
erũt: ⁊ glorificauerũt deũ: qui
dedit potestatẽ talẽ hominib
Off. Si ambulauero in medio
tribulatõis uiuificabis me dñe: ⁊
sup irã inimicorũ meorũ extẽdes
manũ tuã. et saluũ me fecit dexte
Oeus q̃ nos Secre. tua
p hui⁹ sacrificij venerã/
da ꝯmercia. vnius sũmeq; di
uinitatis pticipes efficis. pra
ẽs. vt sic tuã cognoscim⁹ veri
tatẽ. sic eam dignis mẽtib ⁊
moribꝫ assequamur. ℙ. Cõ.
Tu mãdasti mãdata tua custodi
ri nimis. Utinam dirigantur vie
mee ad custodiẽdas iustificatio/
nes tuas. Post communio.

Grãs tibi referim⁹ dñe
sacro munere (vegetati
tuã miſicordiã depcãtes: vt
dignos nos ei⁹ pticipatiõe p
Oficias. ℙ Dñica. xxi.
Omnia que fecisti nobis dñe
in uero iudicio fecisti q̃ peccaui
mus tibi ⁊ mãdatis tuis nõ obe/
diuim⁹ sed da glam tuã nomi tuo
⁊ fac nobiscũ secũdũ multitudinẽ
misericordie tue. ℙ. Beati ima/
culati i uia q̃ ambulãt i lege dñi
Omnipotens ⁊ mise. Coll
ricors de⁹ vniuersa no/
bis aduersãtia: ppiciat⁹ exclu
de: vt mẽte ⁊ corpe piter expe
diti? que tua sũt liberis mẽti/
bꝫ exequamur. ℙ. Ad ephesi.
Frẽs: Uidete quõ caute
ambuletis. nõ quasi ĩsi/
pientes ſ; vt sapientes: redimẽ/
tes tẽpus q̃m dies mali sunt
Propꝛea nolite fieri impru/
dẽtes: sed itelligẽtes q̃ sit vo
lũtas dei. Et nolite inebriari
vino in quo ẽ luxuria: sed im
plemini spũsco. loquẽtes vo/
bismetipis in psalmis et ymꝰ
nis ⁊ cãticis spitalibꝫ. cãtãtes
⁊ psallẽtes i cordibꝫ vrīs dño
grãs agentes semp p oibꝫ in
noie dñi nri ihu xpi deo ⁊ pri
Subiecti inuicem in timore

christi. Gr. Oculi oim i te spāt dñe ⁊ tu das illis escā i tpe opor tuno. ℣. Apis tu manū tuā et iples oē animal bñdictiōe. All. ℣. Qui cōfidūt i dño sicut mōs syon ñ cōmouebit i eternū q̄ ha/bitat in ierlm. Scōm matheū In illo tpe: Dicebat ihesus turbis parabolā hāc. Silē factū ē regnū celoꝝ homini regi: q̄ fecit nuptias filio suo Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: ⁊ nole bāt venire. Iterū misit alios seruos dicēs. Dicite inuitatis Ecce. prāndiū meū paui: tauri mei ⁊ altilia occisa. ⁊ oīa pata venite ad nuptias. Illi āt ne glexerūt ⁊ abierūt ali⁹ i villā su/am: ali⁹ vero ad negociatiōez suā. Reliqui vero tenuerūt ser uos ei⁹: ⁊ cōtumelia affectos occiderūt. Rex aūt cū audisset iratus ē. Et missis exercitib⁹ suis pdidit homicidas illos: ⁊ ciuitatē illoꝝ succēdit. Tūc ait seruis suis. Nuptie quidē pate sūt: sed qui inuitati erāt nō fuerūt digni. Ite ḡ ad exi tus viarū: ⁊ quoscunq̄ inue neritis vocate ad nuptias. Et egressi serui ei⁹ in vias: congregauerūt oēs quos in uenerūt malos ⁊ bonos. ⁊ ipleta sunt nuptie discūbentium Intrauit aūt rex vt videret discūbentes: ⁊ vidit ibi homi nē nō vestitū veste nuptiali ⁊ ait illi. Amice: quō huc in trasti nō habēs vestē nuptia/lem: At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris. Ligatis ma nib⁹ eius ⁊ pedib⁹: mittite eū in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentium Multi aūt sūt vocati: pau/ci vero electi. Off. Sup flumi na babilonis illic sedimus et fle uim⁹ dū recordaremur tui syon Hec munera. Secreta. Quesumus dñe que ocu lis tue maiestatis offerimus salutaria nobis esse ꝓcede. p Cō Memento verbi tui seruo tuo dñe in quo mihi spem dedi/sti hec me cōsolata est i humilita Vla Post com te mea. Dnos dñe medicinal⁹ opa tio. ⁊ a nr̄is puersitatib⁹ cle/menter expediat ⁊ tuis faciat semper inherere mādatis. p. In uolūtate. Dñica. xxii. Tua dñe uniuersa sunt posita ⁊ nō ē qui possit resistere uolūtati tue tu enī fecisti oīa celū ⁊ terrā ⁊ uniuersa q̄ celi ambitu cōtinen/

tur dñs ūniuersoꝝ tu es. ℣. Beati imaculati i uia q̄ ābulāt i lege

Largire q̄s dñe Coll. dñi. fidelib⁹ tuis īdulgētiā placat⁹ ⁊ pacē: vt parit ab oībus mūdent offēsis: ⁊ secura tibi mēte deseruiāt. ℣. Ad e-

Ephes. Cōforta phesios. mini in dño: ⁊ in potentia virtutis ei⁹. Induite vos armatura dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli: qm̄ nō ē nobis colluctatio aduersus carnē et sanguinē. sed aduersus p̄cipes ⁊ potestates aduersus mūdi rectores tenebraꝝ huiꝰ. cōtra spiritalia nequicie i celestib⁹. Propterea accipite armaturā dei: vt possitis resistere in die malo. ⁊ in oīb⁹ pfecti stare. State ergo succincti lūbos vr̄os in ueritate: induti loricā iusticie. ⁊ calciati pedes in ppationē euāgelij pacis. In oīb⁹ sumētes scutū fidei: in quo possitis oīa tela neqssimi ignea extinguere. Et galeā salutis assumite: ⁊ gladiū spūs: qd̄ ē verbū dei. ℟. Dñe refugiū fact⁹ es nobis a generatiōe ⁊ progenie. ℣. Priusq̄ mōtes fierēt aut formaret̄ tra ⁊ orbis a seculo ⁊ in seculū tu es de⁹. Alla. ℣. De profūdis clamaui ad te dñe dñe exau-

Jn Scōz iohēz. di uocē meā illo tpe: Erat quidā regul⁹ cui⁹ filius infirmabat capharnaū. Hic cū audisset q̄ iesus adueniret a iudea in galileā abijt ad eū et rogabat eū vt descēderet ⁊ sanaret filiū ei⁹. Incipiebat em̄ mori. Dixit ḡ iesus ad eū. Nisi signa ⁊ pdigia videritis: nō creditis. Dicit ad eū regul⁹. Dñe: descende priusq̄ moriat filius meus Dic̄ ei iesus. Vade: filius tu⁹ viuit. Credidit hō sermoni quē dixit ei iesus ⁊ ibat. Jam aūt eo descēdēte: serui occurrerūt ei ⁊ nūciauerūt dicētes. q̄ filius ei⁹ viueret. Interrogabat ḡ horā ab eis: in qua melius habuerat. Et dixerūt ei: q̄ heri hora septima reliquit eū febris. Cognouit ḡ pat̄ q̄ illa hora erat: in qua dixit ei iesus filius tu⁹ viuit. Et credidit ipe: ⁊ dom⁹ ei⁹ tota. Off. Vir erat ī tra noīe iob simplex ⁊ rect⁹ ac timēs deū quē sathā peciit ut tēptaret: ⁊ data ē ei potestas a dño in facultate: ī carne ei⁹ pdidit q̄ oēs substātiā ipi⁹ ⁊ filios carnē quo q̄ ei⁹ graui ulcere ulnerauit. Hec

Celeste nobis ꝓcreāt hec mysteria qs dñe medicinā ⁊ vicia cordis nri expurgent. ℣. Cō. In salutari tuo anima mea ⁊ in uerbū tuū spera in quādo facies de persequētibꝫ me iudiciū iniqui persecuti sunt me adiua me dñe deus meus.

Ut sacris dñe ℣ost cō. reddamur digni muneribꝫ: fac nos qs tuis obedire mandatis. ℣. Dñica. XXIII

Si iiqtates obseruaueris domine dñe qui sustinebit qz apud te propiciatio ē deus israel ℣. De profundis clamaui ad te dñe dñe eraudi uocē meā Coll

Familiā tuā qs dñe cōtinua pietate custodi: vt a cūctis aduersitatibꝫ te ꝓtegente sit libera: ⁊ in bonis actibꝫ tuo nomini sit deuota

Ira Ad philipēses. ℣ Der tres: Cōfidim⁹ in dño iesu: qz qui cepit ī vobis op⁹ bonū · pficiet vsqꝫ in diē iesu christi. Dic ē mihi iustū hoc sentire ꝓ oīibꝫ vobis: eo⁊qꝺ habeā vos in corde ⁊ in vinculis meis · ⁊ in defensione et cōfirmatiōe euāgelij · socios gaudij mei oīs vos ee. Testis enī mihi ē deus: quō cupiā vos oīs in visceribꝫ ihu christi. Et hoc oro: vt caritas vra magis ac magis abūdet in sciētia ⁊ in omni sensu. vt ꝓbetis potiora · vt sitis sinceres ⁊ sine offensa ī diē xpi. Repleti fructu iusticie: ꝓ ihm xpm in gloriā ⁊ laudem dei. Gr. Ecce quā bonū ⁊ quā iocūdū habitare fratres in unū. ℣. Sicut unguētū ī capite quod descēdit ī barbā barbā aaron. Alleluia. ℣. Qui sanat cōtritos corde ⁊ alligat cōtritiōes eorū. Scōz mathm:

In illo tpe: Dixit ihs discipls suis. Simile ē regnū celoz hoī regi q̄ voluit rationē ponere cū suis seruis. Et cū cepisset ratōz ponere: oblat⁹ ē ei un⁹ q̄ debebat decē milia talēta. Cū āt nō haberet vnde redderet iussit eū dns venūdari · ⁊ uxorē ei⁹ ⁊ filios · ⁊ oīa q̄ habebat · ⁊ reddi. ℣ rocidēs aūt seruus ille: orabat eū dicēs. ℣a tiētia habe in me: ⁊ oīa reddā tibi. Misert⁹ aūt dns serui illi⁹ · dimisit eū: ⁊ debitū dimisit ei. Egressus aūt seru⁹ ille inuenit unū de cōseruis suis qui debebat ei cētū denarios. Et tenēs · suffocabat eū dicēs Redde qd debes. Et ꝓcidens

cõseru⁹ ei⁹: rogabat eũ dicẽs Patientiã habe in me: & oĩa reddã tibi. Ille aũt noluit: sz abĳt & misit eum in carcerem donec redderet debitũ. Uidẽtes aũt cõserui ei⁹ que fiebãt cõtristati sunt valde. Et uenerunt: & narrauerũt dño suo oĩa que facta fuerãt. Tunc uocauit illũ dñs suus: & ait. illi. Serue nequã. oĩe debitũ dimisi tibi · quoniã rogasti me. Nonne g̃ oportuit & te misereri cõserui tui sic et ego tui miserti⁹ sũ. Et irat⁹ dñs ei⁹ tradidit eũ tortoribꝫ quoadusqz redderet uniuersũ debitũ Sic & pater meus celestis faciet uobis: si nõ remiseritis unusquisqz fratri suo: de cordibꝫ uris. Off. Recordare mei dñe omnipotẽtatui dominãs da sermonẽ rectũ in os meũ ut placeãt uerba mea in cõspectu prin/

Suscipe do. Secre. cipis. mine, ppiti⁹ hostias quibus & te placari voluisti · & nobis salutẽ potẽti pietate restitui. P. Cõ. Dico uobis gaudiũ est angelis dei sup uno peccatore penitẽtiam agente. Post com. mmortalitatis alimoniam cõsecuti qs dñe: ut qd ore pcepim⁹. mẽte sectemur. P.

Oscit do Dñica. xxiiii. min⁹ ego cogito cogitatões pacis & nõ afflictiõis inuocabitis me & ego exaudiã uos & reducam captiuitatẽ uestrã de cunctis locis. Benedixisti dñe terrã tuã auertisti captiuitatẽ iacob. Coll.

Deus refugiũ nrm & vir tus: adesto pijs ecclesie tue pcibꝫ auctor ipe pietatis et presta ut qd fideliter petimus: efficaciter cõsequam. p

Fratres: Ad philipẽses Imitatores mei estote & obseruate eos qui ita ambulant · sic habetis formã nrãm Multi enĩ ambulant quos sepe dicebã vobis: nũc aũt et flẽs dico · ini micos crucis christi · quoz finis interitus · quoz de⁹ vẽter est · et gloria in cõfusiõe ipoz qui terrena sapiũt. Nostra aũt conuersatio: ĩ celis est. Uñ etiã saluatorẽ expectam⁹ dñm nrm iesum christũ: q̃ reformabit corp⁹ humilitatis nre · cõfiguratũ corpi claritatis sue · scdm operatiõez qua possit etiã subicere sibi oĩa. Itaqz fratres carissimi et desideratissimi: gaudiũ meũ & corona mea: sic state in dño carissimi

Euchodiam rogo ⁊ synthicē deprecor: idipm sapere in domino. Etiā rogo et te germane cōpar: Adiuua illas que mecū laborauerūt in euāgelio cum clemēte ⁊ ceteris adiutoribꝫ meis. Quoꝝ nomnia sūt in libro vite. ℣. Liberasti nos dñe ex affligentibꝫ nos ⁊ eos qui nos oderūt confudisti. ℟. In deo laudabimur tota die ⁊ nomi tuo confitebimur in secula. Alleluia ℣. Qui posuit fines tuos pacē ⁊ adipe frumēti saciat te. Scōm In illo tpe: Abeū matheū. Ites pharisei: cōsiliū inierūt vt capent iesum in sermone Et mittunt ei discipulos suos cum herodianis: dicētes. Magister: scimus quia verax es: et viam dei in veritate doces: ⁊ nō est tibi cura de aliquo. Non enī respicis psonā hoīm. Dic ergo nobis q̄d tibi videt. Licet cēsū dari cesari an nō? Cognita aūt ihs nequicia eoꝝ: ait. Quid me tēptatis ypocrite? Ostēdite mihi nūmisma census. At illi obtulerūt ei denariū. Et ait illis ihs. Cuius est imago hec et supscriptio? Dicunt ei. Cesaris. Tūc ait illis. Reddite q̄ que sunt cesaris cesari: ⁊ que sunt dei deo. Off. De profundis clamaui ad te dñe dñe exaudi

Oratione. Secrē. orationē meā. Omisericors de⁹: vt hec salutaris oblatio ⁊ a ꝓpriis nos reatibꝫ indesinenter exprediat ⁊ ab oīnibꝫ tueat aduersis. p. Cō. Amen dico uobis quicquid orantes petitis credite q̄ accipietis ⁊ fiet uobis. Post cōmuni. Sumpsim⁹ dñe sacri dona mysterij · humiliter deprecantes: vt que in tui cōmemoratiōe nos facere precepisti: in nostre pficiant infirmitatis auxiliū. Qui tecum.

Dicit dñs Dñica. xxv. Ego cogito cogitatiōes pacis et nō afflictionis vt supra. Excita dñe q̄s tuorum fideliū volūtates vt diuini opis fructū ꝓpensi? exequentes: pietatis tue remedia maiora ꝓcipiāt. p. d. Ecce Lec. ieremie pphe. dies veniūt dicit dñs et suscitabo dauid germen iustum. ⁊ regnabit rex ⁊ sapiēs erit. ⁊ faciet iudiciū et iusticiā in terra. In diebꝫ illis saluabitur iuda: ⁊ israel habitabit cōfidenter. Et hoc ē nomen

